⁊ abſq́z ſacerdote abſq́z doctoreq́z
⁊ abſq́z lege. Cūq́z reuerſi fuerint
in anguſtia ſua ad dn̄m deū iſrl̄
⁊ q̄ſierint eū reperiēt eū. In tpe il
lo nō erit pax egredienti ⁊ ingredienti
ſ; terrores vndiq́z ī cūctis habita
toribus terraꝝ. Pugnabit enī gēs
cōtra gētem ⁊ ciuitas ꝯtra ciuitatē
q̄ dn̄s ꝯturbabit eos in oī angu
ſtia. Vos ergo ꝯfortamini ⁊ nō
diſſoluant̄ manus vr̄e erit enim
merces opi veſtro. Qđ cū audiſſet
aſa verba ſcz ⁊ ꝓphetiā azarie filij
obed ꝓphete ꝯfortat⁹ ē ⁊ abſtulit
ydola de omni terra iuda ⁊ de be
niamin ⁊ ex vrbib⁹ quas ceperat
mōtis ephraim ⁊ dedicauit alta
re dn̄i qđ erāt āt porticū dn̄i ꝯgre
gauitq́z vniuerſū iudā ⁊ beniamin

⁊ aduenas cū eis de ephraim et
manaſſe ⁊ de ſymeō. Plures enī
ad eū ↄfugerāt ex iſrl̄: vidētes ꝙ
dn̄s de⁹ illi⁹ eēt cū eo. Cūq; venīſ
ſent in ihrl̄m menſe tercīo: āno de
cimoq̄nto regni aſa: imolauerūt
dn̄o in die illa de manubijs ⁊ pre
dam quā adduxerāt. boues ſeptī
gentos. ⁊ arietes ſeptē milia: et ī
trauit ex more ad corroborādū fe
dus: ut q̄rerent dn̄m deū patꝝ ſu
orū in toto corde ⁊ in tota anima
ſua. Si q̄s autē inq̄t nō q̄ſierit do
minū deū iſrl̄: moriat̄ a minimo
vſq; ad maximū a viro vſq; ad
mulierē. Iurauerūtq; dn̄o voce
magna in iubilo et in clāgore tu
be ⁊ in ſonitu buccinarū oēs qui
erāt in iuda cū execracōe. In omī
enī corde ſuo iurauerāt ⁊ in tota vo
lūtate q̄ſierūt eū ⁊ inuenerūt. Pre
ſtititq; eis dn̄s requiē p circuitū
Sz ⁊ maachā m̄rem aſa regis ex
auguſto depoſuit iperio: eo ꝙ fecis
ſet in luco ſimulachꝝ priapi qd
oē ↄtriuit ⁊ in fruſta comminuens
cōbuſſit in torrentē cedron. Excel
ſa aūt derelicta fuīt in iſrl̄. Attamē
cor aſa erat pfectū cūctis diebus
ei⁹. Eaq; que vouerat pat̄ ſuus ⁊
ipſe intulit in domū dn̄i: argētū ⁊
aurū vaſorūq; diuerſā ſuppellecti
lē. Bellū vero nō fuit vſq; ad tri
ceſimū q̄ntū annum regni aſa. Ca. xvi.

Anno autē triceſimōſexto regni
ei⁹ aſcēdit baaſa rex iſrl̄ in
iudam ⁊ muro circūdabat rama
ut null⁹ tute poſſit egredi ⁊ ingre
di de regno aſa. Protulit aūt aſa
argentū ⁊ auruz de theſauris do
m⁹ dn̄i ⁊ de theſauris regijs: miſit
q; ad benadab regē ſyrie qui hi
tabat in damaſco dicēs. Fed⁹ in
ter me ⁊ te eſt. Pater q; me⁹ ⁊ pa
ter tu⁹ habuere ↄcordiā. q̄obrē
miſi tibi argentū ⁊ aurum: ut rup
to federe qd habes cū baaſa rege
iſrl̄ facias eum a me recedē. Quo
ↄpto benadab miſit principes ex
ercituū ſuoꝝ ad vrbes iſrl̄: qui p
cuſſerūt ahiō ⁊ dan ⁊ abelmaim
⁊ vniuerſas vrbes muratas. Qd
cū audiſſet baaſa deſiuit edificarē
rama ⁊ intermiſit op⁹ ſuū. Porro
aſa rex aſſumpſit vniuerſū iudā
⁊ tulerunt lapides de rama ⁊ lig
na que edificacōni p̄parauerat ba
aſa: edificauitq; ex eis gabaa et
maſpha. In tēpe illo venit anam
ppha ad aſam regē iuda ⁊ dixit
ei. Quia habuiſti fiduciā in rege
ſyrie ⁊ nō in dn̄o deo tuo. idcirco
euaſit ſyrie regis exercitus de ma
nu tua. Nonne ethiopes ⁊ libies
multo pluēs erāt q̄drigis et eq̄ti
b⁹ ⁊ multitudīe nimia q̄s in dn̄o
credidiſſes tradidit ī mānu tua. Ocu
li enī dn̄i ↄtēplant̄ vniūſā terraz
⁊ p̄bēt fortitudinē hijs q̄ corde p
fecto credūt in eū. Stulte igr̄ egiſti
⁊ ppt̄ hoc ex p̄ſēti tpe adūſū te bel
la ↄſurgēt. Iratuſq; aſa adūſus
vidētē iuſſit eū mitti ī neruū. Val
de q̄ppe ſup hoc fuerāt dn̄s indig
t⁹ ⁊ interfecit de pplo in tpe illo plu
rimos. Opa autē aſa p̄ma ⁊ no
uiſſima ſcripta ſūt in libro reguz
iuda ⁊ iſrahel. Egrotauit etiā aſa
anno triceſimonono regni ſui do
lore pedum vehementiſſimo: et
nec in infirmitate ſua queſiuit do
minū. ſed magis in medicorū ar
te ↄfiſus ē. Dormiuitq; cū pr̄ib⁹ ſu
is ⁊ mortu⁹ ē anno q̄drageſimo

primo regni ſui ⁊ ſepelierūt eū in
ſepulchro ſuo qd foderat ſibi ī ci
uitate dauid Poſuerūtq̄ eū ſup le
ctulū ſuum plenū aromatib⁹ ⁊ vn
gētis meretricijs q̄ erāt pigmen
tarioꝝ arte ɔfecta ⁊ ɔbuſſerūt ſu
p eū ābitōe nimia. ¶ Ca. xvij.

Regnauit aūt ioſaphat fili⁹
ei⁹ ꝓ eo ⁊ inualuit cōtrā iſrł
Conſtituitq̄ militum numeros
in cūctis vrbib⁹ iuda q̄ erāt val
late muris p̄ſidiaq̄ diſpoſuit in
terra iuda ⁊ ī ciuitatib⁹ ephraim
quas ceꝑat aſa pat̄ ei⁹ Et fuit do
min⁹ cum ioſaphat q̄r ābulauit
in vijs dauid pr̄is ſui p̄mis ⁊ nō
ſperauit in baalim ſ; in deo patris
ſui ⁊ pꝛexit in preceptis illi⁹ ⁊ non
iux̄ pcc̄a iſrł. Cōfirmauitq̄ dn̄s
regnū in manu ei⁹ ⁊ dedit oīs iu
da munera ioſaphat factēq̄ ſūt
ei infinite diuitie ⁊ multa gloria.
Cūq̄ ſūpſiſſet cor eius audaciā
ꝓpt̄ vias dn̄i. etiā excelſa ⁊ lucos
de iuda abſtulit. Tercio aūt āno
regni ſui miſit de principib⁹ ſuis
benail ⁊ obdiā ⁊ zachariā et na
thanael ⁊ micheā ut docerēt in ci
uitatibus iuda ⁊ cū eis leuitas ſe
meiam ⁊ nathaniā ⁊ zabadiam.
aſahelq̄ et ſemiramoth et iona
than. adoniāq̄ ⁊ thobiā ⁊ thoba
doniā leuitas ⁊ cū eis eliſama et
ioram ſacerdotes. Docebātq̄ po
pulū in iuda habētes libꝝ legis
dn̄i ⁊ circuibant cūctas vrbes iu
da atq̄ erudiebant populū Itaq̄
factus ē pauor dn̄i ſup oīa regna
terraꝝ. q̄ erāt p gyrū iuda nec au
debāt bellare cōtra ioſaphat. Sed
⁊ philiſtei ioſaphat mūera defe
rebāt ⁊ vectigal argēti. Arabesq̄
adducebāt pecoꝛa arietū ſeptē mi
lia ſeptingētos ⁊ hircos totidem
Creuit ergo ioſaphat ⁊ magnifi
catus ē vſq̄ ī ſublime atq̄ edifica
uit in iuda domos ad inſtar tur
riū vrbeſq̄ muratas ⁊ multa ope
ra patrauit in vrbib⁹ iuda Viri
q̄q̄ bellatores ⁊ robuſti erāt in ihe
ruſalē quoꝝ iſte nūerus p domos
atq̄ familias ſinguloꝝ. In iuda
p̄nceps exercit⁹ ednas dux et cū
eo robuſtiſſimoꝝ viri trecētamilia
Poſt hūc iohānan p̄nceps ⁊ cū
eo ducētaoctogintamilia. Poſt
illūq̄ amaſias fili⁹ ſechri cōſecrat⁹
dn̄o ⁊ cū eo ducentamilia viroꝝ
fortiū. Hunc ſequebat̄ robuſtus
ad p̄lia eliada et cū eo tenentiū
arcū ⁊ clipeū ducentamilia. Poſt
iſtū etiā ioſabad et cū eo centum
octogintamilia expeditoꝝ militū
Hij oīes erāt ad manū regis ex
ceptis alijs quos poſuerat ī vrbi
bus muratis ⁊ in vniuerſo iuda.

Fuit ergo ioſa ¶ Ca. xviij.
phat diues et inclitus mul
tū ⁊ affinitate cōiūct⁹ eſt achab
deſcēditq̄ poſt ānos ad eū ī ſama
riā. Ad cuius aduentū mactauit
achab arietes ⁊ boues plurimos
ipſi ⁊ populo q̄ venerat cū eo per
ſuaſitq̄ illi ut aſcēderet in ramoth
galaad Dixitq̄ achab rex iſrahel
ad ioſaphat regē iuda Veni me
cū in ramoth galaad. Cui ille reſ
pondit. Vt ego ⁊ tu ſicut popul⁹
tuus ſic et populus meus tecum
et erimus ī bello. Dixit ioſaphat
ad regem iſrahel. Conſule obſe
cro in p̄ſentiarū ſermonē dn̄i. Con
gregauit igit̄ rex iſrł ꝓphetarū q̄
dringētos viros ⁊ dixit ad eos.

In ramoth galaad ad bellandū
ire debemꝰ an q̃ſcere. At illi aſcē
de inquiūt ⁊ tradet deꝰ in manu re
gis. Dixitq; ioſaphat. Nūq̃d nō
eſt hic ꝓphetes dñi ut ab illo etiā
req̃ramꝰ. Et ait rex iſrl' ad ioſa
phat. Eſt vir vnꝰ a quo poſſumꝰ
querē dñi voluntatē. ſ; ego odi eū
q2 nō ꝓphetat mihi bonū ſ; malū
ōni tēpore. Eſt autē micheas filiꝰ
iemla. Dixitq; ioſaphat. Ne loq̃
ris rex hoc modo. Vocauit ergo
rex iſrl' vnū de eunuchis et dixit
ei. Voca cito micheā filiū iemla.
Porro rex iſrl' et ioſaphat rex iu
da: vterq; ſedebāt in ſolio ſuo: ve
ſtiti cultu regio. Sedebāt autē in
area iux̄ portā ſamarie. oēſq; ꝓphe
te vaticinabātur corā eis. Sede
chias vero filiꝰ chanana fecit ſi
bi cornua ferrea ⁊ ait. Hec dicit do
minꝰ. His ventilabis ſyriam do
nec cōteras eā. Oēſq; ꝓphe ſimili
ter ꝓphetabant atq; dicebāt. Aſcē
de in ramoth galaad ⁊ ꝓſperabe
ris ⁊ tradet eos dñs in manu re
gis. Nunciꝰ autē q̃ ierat ad vocā
dū micheā ait illi. En verba oīm
ꝓphetarum vno ore bona regi ānū
tiant. Queſo ergo te ut ⁊ ſermo
tuus ab eis nō diſſentiat loq̃ris
q; ꝓſpera. Cui rūdit micheas. Vi
uit dñs q2 q̃dcunq; dixerit mihi
deus meꝰ hoc loquar. Venit ergo
ad regem. Cui rex ait. Michea ire
debemus in ramoth galaad ad
bellandū an q̃ſcere. Cui ille rūdit
Aſcendite. cūcta enī ꝓſpera eueni
ent ⁊ tradētur hoſtes in manꝰ ve
ſtras. Dixitq; rex. Iterū atq; iterū
te adiuro ut mihi nō loq̃ris niſi
q̃d verū eſt in noīe dñi. At ille
ait. Vidi vniuerſū iſrl' diſpſum i
montibꝰ ſicut oues abſq; paſto
re. Et dixit dñs. Non habēt iſti do
minos: ruertatur vnꝰ q̃ſq; in domū
ſuam in pace. Et ait rex iſrl' ad io
ſaphat. Nonne dixi tibi q2 non ꝓ
phetaret iſte m̄ quicq̃ boni. ſ; ea q̃
mala ſūt. At ille idcirco ait audi
te verbū domi. Vidi dñm ſedētē
in ſolio ſuo ⁊ ōnem exercitum celi
aſſiſtētē ei a dextris ⁊ a ſiniſtris
⁊ dixit dñs. Quis decipiet achab
regē iſrl' ut aſcendat ⁊ corruat i ra
moth galaad. Cūq; dicēt vnꝰ
hoc modo ⁊ alter alio: ꝓceſſit ſpi
ritus ⁊ ſtetit corā dño ⁊ ait. Ego
decipiā eū. Cui dñs. In quo inq̃t
decipies. At ille rūdit. Egrediar ⁊
ero ſpūs mendax in ore ōniū ꝓ
phetarū eius. Dixitq; dñs. Deci
pies ⁊ preualebis egredē ⁊ fac ita
Nūc igitur ecce dñs dedit ſpm̄ mē
dacij in ore ōnium ꝓphetarū tuorū ⁊
dñs locutꝰ eſt de te mala. Acceſſit
autē ſedechias filiꝰ chanana ⁊ ꝑ
cuſſit michee maxillā ⁊ ait. Per
quā viam trāſiuit ſpūs dñi a me
ut loqueret̃ tibi. Dixitq; miche
as. Tu ipſe videbis in die illo qñ
ingreſſus fueris cubiculū de cubi
culo ut abſcōdaris. Precepit au
tē rex iſrl' dicens. Tollite micheā
⁊ ducite eū ad amon pncipē ciui
tatis ⁊ ad ioas filiū amalech et
dicetis. Hec dicit rex. Mittite hūc
i carcerē ⁊ date ei panis modicū
⁊ aq̃ paruillū donec reuertar i pace
Dixitq; micheas. Si reuerſus fueris i
pace n̄ ē dñs locutꝰ i me. ⁊ ait. Au
dite oēs ꝓpli. Igr aſcēdit rex iſrl' ⁊
ioſaphat rex iuda in ramoth ga
laad dixitq; rex iſrl' ad ioſaphat

Mutabo habitū ⁊ ſic ad pugnā
vadā· tu autē induē veſtib⁹ tuis
Mutatoq̧ rex iſrl' habitu venit
ad bellū· Rex aūt ſirie p̄ceꝑat du
cib⁹ equitat⁹ ſui dicens· Ne pug
netis ↄtra minimū aut ↄtra max
imū niſi contrā ſolū regem iſrl' Ita
q̧ cū vidiſſent pn̄cipes eq̄tat⁹ io
ſaphat dixerūt· Rex iſrl' ē iſte Et
circūdederūt eū dimicātes· At ille
clamauit ad dn̄m ⁊ auxiliatus ē
ei atq̧ auertit eos ab illo· Cū enī
vidiſſent duces equitat⁹ ꝙ nō eſ
ſet rex iſrl' reliq̄runt eū· Accidit
autē ut vn⁹ e populo ſagittā in i
certū iaceret ⁊ ꝑcuteret regem iſrl'
int̄ ceruicē ⁊ ſcapulas· At ille au
rige ſuo ait· Conuęrte manū tuā ⁊
educ me de acie ꝙ vulneratus ſū·
Et finita ē pug̃ in die illo· Porro
rex iſrl' ſtabat in curru ſuo con̄ ſi
roſ vſq̧ ad veſpā ⁊ mortu⁹ ē occi
dente ſole· Ca· xix·

Reuerſus ē aūt ioſaphat rex
iuda in domū ſuam pacifice
i ihrl'm· Cui occurrit iehu filius
anani videns ⁊ ait ad eū· Impio
p̄bebes auxiliū ⁊ hiis q̄ oderūt do
minū amicitia iūgeris et idcirco
irā q̄dē dn̄i merebaris ſ; bona ope
ra inuēta ſūt in te eo ꝙ abſtuleris
lucos de terra iuda et p̄paraueris
cor tuū ut requirērs dn̄m deū p̄rm
tuoꝝ· Habitauit ergo ioſaphat
i ihrl'm· Ruꝛſūq̧ egreſſus ē ad po
pulū de berſabee vſq̧ ad mōtem
ephraim ⁊ reuocauit eos ad dn̄m
deū p̄rm ſuoꝝ cōſtituitq̧ iudices
terre in cūctis ciuitatib⁹ iuda mu
nitis ꝑ ſingula loca ⁊ p̄cipiēs iu
dicib⁹ videte ait q̄d faciatis· Nō
enī hoīs exercetis iudiciū ſed dn̄i
⁊ quodcūq̧ iudicaueritis in vos
redūdabit· Sit timor dn̄i vobiſcū
et cū diligētia cuncta facite· Nō ē
enī apud dn̄m deū nr̄m iniq̄tas
nec ꝑſonaꝝ acceptio nec cupido
muneꝝ· In ihrl'm quoq̧ ↄſtituit
ioſaphat leuitas ⁊ ſacerdotes et
pn̄cipes familiaꝝ ex iſrl' ut iudi
ciū ⁊ cauſā dn̄i iudicarent habi
tatoribꝫ ei⁹ p̄cepitq̧ eis dicēs· Sic
agetis in timore dn̄i fideliť ⁊ corde
ꝑfecto· Oēm cauſā que venerit ad
vos fratrū veſtroꝝ qui habitāt
in vrbib⁹ ſuis· int̄ cognacōem et
cognacōnē vbicūq̧ queſtio ē de
lege· de mādato· de cerimoniis· de
iuſtificacōnibꝫ oſ̄ndite eis ut non
peccēt in dn̄m ⁊ ne veniat ira ſup
vos ⁊ ſup frēs vr̄os Sic ẽ agētes
nō peccabitis· Amarias autē ſac
dos et pōtifex veſter in hiis q̄ ad
deum ꝑtinēt p̄ſidebit Porro ſaba
dias fili⁹ iſmahel q̄ ē dux i domo
iuda ſup ea op̄a erit que ad regis
officiū ꝑtinent· Habetiſq; magi
ſtros leuitas corā vobis cōforta
mini ⁊ agite diligēter ⁊ erit domi
n⁹ vobiſcū in bonis· Ca· xx·

Poſt hec congregati ſunt filii
moab ⁊ filii āmon ⁊ cū eis
de āmonitis ad ioſaphat ut pug
narēt con̄ eum· Veneruntq̧ nūcii
⁊ indicauerūt ioſaphat dicētes·
Venit con̄ te multitudo mag̃ de
hiis locis q̄ trans mare ſūt ⁊ de
ſiria ⁊ ecce cōſiſtūt in aſaſontha
mar q̄ eſt engaddi Ioſaphat āt
timore ꝑterrit⁹ totū ſe cōtulit ad
rogand̄ dn̄m ⁊ p̄dicauit ieiuniū
vniūſo iuda· Cōgregatuſq; ē iu
das ad dep̄cand̄ dn̄m ſ; ⁊ oēs de
vrbib⁹ ſuis venerūt ad obſecrād̄

eũ· Cũq; ſtetiſſet ioſaphat ĩn me
dio cetu iude ⁊ ihr̃l'm in domo do
mĩ ante atriũ nouũ ait· Dñe deus
pr̃m noſtroꝝ tu es deꝰ ĩn celo ⁊ do
minaris cũctis regnis gentiũ· In
manu tua eſt fortitudo ⁊ potentia
nec q̃ſq̃ tibi poteſt reſiſtere· Non
ne tu deꝰ noſter interfeciſti õnes
habitatores terre huiꝰ corã ꝑplo
tuo iſrl' ⁊ dediſti eam ſemini abr̃
hã amici tui in ſẽpiternuz. Habi
tauerũtq; in ea ⁊ extruxerũt ĩ illa
ſanctuariũ nomĩ tuo dicẽtes· Si
irruerint ſup nos mala· gladius
iudicij· peſtilentia ⁊ fames: ſtabi
mꝰ corã domo hac ĩ ꝯſpectu tuo: ĩ
qua inuocatũ eſt nomẽ tuũ ⁊ cla
mabimꝰ ad te in tribulacõibꝰ no
ſtris ⁊ exaudies ſaluoſq; facies·
Nũc igitur ecce filij ammõ et mo
ab ⁊ mõs ſeir ꝑ quos nõ cõceſſiſti
iſrl' ut tñſirent quãdo egrediebã
tur de egypto· ſ; declinauerũt ab eis
⁊ nõ interfecerũt illos· e contrario
agũt ⁊ nitũtur eicẽ nos de poſſeſſi
one quã tradidiſti nob̃ deꝰ nr̃· Er
go nõ iudicabis eos. In nob̃ q̃
dẽ nõ eſt tanta fortitudo ut poſſi
mꝰ huic multitudĩ reſiſtere q̃ irru
it ſup nos· ſ; cũ ignoremꝰ q̃d agẽ
debeamꝰ hoc ſolũ habemꝰ reſiduĩ
ut oculos nr̃os dirigamus ad te·
Oĩs vero iuda ſtabat corã domi
no cũ puulis ⁊ vxoribꝰ ⁊ liberis ſu
is· Erat autẽ iazihel filiꝰ zacharie
filij banaie· filij iehihel· filij ma
thanie leuites de filijs aſaph: ſu
ꝑ quẽ factꝰ eſt ſpũs dñi in medio
turbe ⁊ ait· Attẽdite õnis iuda et
q̃ hitatis ĩ ihr̃lz ⁊ tu rex ioſaphat
Hec dicit dñs vob̃· Nolite timere:
nec paueatis hãc multitudinez·

Nõ ẽ eĩ vr̃a pugñ ſ; dei· Cras deſcẽ
detis contra eos· Aſcẽſuri enĩ ſũt per
cliuũ nomĩe ſis ⁊ inuenietis illos
in ſũmitate torrẽtis q̃ eſt contra ſoli
tudinẽ ierubel· Nõ enĩ eritis vos
q̃ dimicabitis· ſ; tñmodo ꝯfidẽt'
ſtate ⁊ videbitis auxiliũ dñi ſuper
vos· O iuda ⁊ ihr̃lm nolite timere
nec paueatis: cras egrediemĩ cõ
tra eos et dñs erit vobiſcũ· Ioſa
phat ergo ⁊ iuda ⁊ õnes hitato
res ihr̃lm ceciderũt ꝓni in terrã co
rã dño ⁊ adorauerũt eũ· Porro
leuite de filijs caath ⁊ de filijs cho
re laudabãt dominũ deũ iſrl' voce
magna in excelſũ· Cunq; mãe ſur
rexiſſent egreſſi ſũt ꝑ deſertũ the
cue: ꝓfectiſq; eis ſtans ioſaphat
in medio eoꝝ dixit· Audite me vi
ri iuda ⁊ õnes habitatores iheru
ſalẽ· Credite in dño deo veſtro et
ſecuri eritis· credite ꝓphis eiꝰ ⁊ cũ
cta eueniẽt ꝓſpeã· Dedit ꝯſiliũ po
pulo ⁊ ſtatuit cãtores dñi ut lau
darẽt eum in turmis ſuis ⁊ ante
cederẽt exercitũ ac voce cõſona di
cerent· Confitemĩ dño: quoniã
in eternũ miſericordia eius· Cũq;
cepiſſent laudes canere vertit do
minꝰ inſidias eoꝝ in ſemetipſos
filioꝝ ſc; ãmon ⁊ moab ⁊ mõtis
ſeir q̃ egreſſi fuerãt ut pugñrẽt cõ
tra iudã ⁊ percuſſi ſunt· Nãq; filij
ãmon ⁊ moab ꝯſurrexerũt aduer
ſũ hitatores mõtis ſeir ut interfi
cerent ⁊ delerẽt eos Cũq; hoc ope
re ꝑpetrãſſent etiã in ſemetipõs v
ſi mutuiſq; ꝯcidere vulneribz Por
ro iudas cũ veniſſz ad ſpelũcã q̃ re
ſpicit ſolitudiẽz vidit ꝓcul oẽz la
te rgiõez plenã cadaueribz: nec ſu
peẽ quẽq̃ q̃ necẽ potuiſſz euadẽ·

Venit ergo ioſaphat ⁊ oīs pp̄lꝰ
cū eo ad detrahenda ſpolia mortu
orū· inueneruntqꝫ inter cadauera
varia ſuppellectilez· veſteſquoqꝫ
⁊ vaſa p̄cioſiſſiā ⁊ diripuerunt ſ
ita ut ōmia portare nō poſſent nec
p tres dies ſpolia auferre pre pre
de magnitudīe· Die autē quarto
ꝯgregati ſunt in valle bn̄dictiōis
Etenī qm̄ ibi bn̄dixerunt dn̄o vo
cauerūt locū illū vallis bn̄dicti
onis vſqꝫ in p̄ntem diem· Reuer
ſuſqꝫ eſt ōnis vir iuda et hītato
res ihrl'm ⁊ ioſaphat añ eos in
ihrl'm cū leticia magna eo ꝙ de
diſſet eis dn̄s gaudiū de inimicis
ſuis· Ingreſſiqꝫ ſūt in ihrl'm cum
pſalterijs ⁊ citharis ⁊ tubis ī do
mū dn̄i· Irruit autē pauor dn̄i ſu
per vniuſa regna terrarū cū audiſ
ſent ꝙ pugnaſſet dn̄s cōtra inimi
cos iſrahel· Quieuitqꝫ regnū ioſa
phat ⁊ p̄buit ei pacem dn̄s per
circuitū· Regnauit igit' ioſaphat
ſup iudā ⁊ erat trigītaqnqꝫ an
noꝝ cū regnare cepiſſꝫ· Viginti āt
⁊ quinqꝫ ānis regnauit in ihrl'm
⁊ nomē matris eiꝰ azuba filia ſe
lachi· Et ābulauit in via pr̄is ſui
aſa nec declinauit ab ea faciēs q̄
placita erant corā dn̄o· Verūtn̄
excelſa nō abſtulit ⁊ adhuc pp̄ls
non direxeāt cor ſuū ad dn̄m deū
prm̄ ſuoꝝ· Reliqua āt geſtoꝝ io
ſaphat p̄oꝝ ⁊ nouiſſioꝝ ſcripta
ſūt ī vb̄ iehu filij anani q̄ digeſſit
ī libro regū iſrahel· Poſt hec iniȷt
amicitias ioſaphat rex iuda cū
ochozia rege iſrl' cuiꝰ opera fuerūt
impijſſima ⁊ particeps fuit ut fa
ceret naues q̄ irent in tharſis: fe
ceruntqꝫ claſſem in aſiongaber· Pro
phauit aūt eliezer filiꝰ dodau de
mareſa ad ioſaphat dicēs Quia
habuiſti fedꝰ cum ochozia· percuſ
ſit dn̄s opera tua cōtriteqꝫ ſūt na
ues nec potuerūt ire ī tharſis·

Capi· xxi·

Dormiuit aūt ioſaphat cū prībus ſuis et
ſepultꝰ ē cū eis in ciuitate dauid·
regnauitqꝫ ioram filius eiꝰ p eo·
Qui habuit frēs filios ioſaphat
azariam ⁊ iahihel ⁊ zachariā et
azariam ⁊ michahel ⁊ ſaphaciā
Omēs hij filij ioſaphat regis iu
da· Deditqꝫ eis pat' ſuꝰ multa mu
nera argēti ⁊ auri et p̄ſacōes cū
ciuitatibꝰ mūitiſſimis ī iuda· reg
num aūt tradidit iorā eo ꝙ eſſet
p̄mogenitꝰ· Surrexit autē ioram
ſup regnū pr̄is ſui· Cūqꝫ ſe cōfir
maſſꝫ occidit ōnes frēs ſuos gla
dio ⁊ quoſdā de p̄ncipibꝰ iuda·
Trigintaduoꝝ ānoꝝ erāt ioram
cū regnare cepiſſet ⁊ octo annis
regnauit in ihrl'm ambulauitqꝫ
ī vijs regū iſrl' ſicut egerat domꝰ
achab· Filia quippe achab erat
vxor eius· Et fecit malū in cōſpcū
dn̄i· Noluit autē dn̄s diſperdē do
mū dauid ꝑpt' pactum qd̄ inieāt
cū eo· ⁊ ꝙ pmiſerat ut daret ei lu
cernā ⁊ filijs eiꝰ in ōni tēpore· In
diebus illis rebellauit edom ne eſ
ſet ſubditꝰ iude ⁊ cōſtituit ſibi re
gem· Cūqꝫ tranſiret ioram cū p̄n
cipibꝰ ſuis ⁊ cuncto equitatu qui
erat ſecū ſurrexit nocte ⁊ percuſſit
edom q̄ ſe circūdederat ⁊ ōnes du
ces eq̄tatꝰ eius Attamē rebellauit
edom· ne eſſet ſb̄ ditione iuda vſ
qꝫ ad hāc diē· Eo tēpore ⁊ lobna
receſſit ne eſſet ſb̄ manu illiꝰ· De
reliqrat enī dn̄m deū prm̄ ſuoruꝫ

inſup ⁊ excelſa fabricatus ē in vr
bibꝰ iuda: ⁊ fornicari fecit hītato
res ihr̄lm ⁊ p̄uaricari iudā. Alla
te ſūt aūt ei littere ab helia p̄pħa
in quibꝰ ſcriptū erāt. Hec dicit do
minꝰ deꝰ dauid patris tui. Quoni
am nō ābulaſti in vijs ioſaphat
p̄ris tui ⁊ ī vijs aſa regis iuda. ſʒ
inceſſiſti p̄ iter regū iſrl̄ ⁊ fornica
ri feciſti iudā ⁊ habitatōes iheru
ſalē: ymitatꝰ fornicatiōē domus
achab: inſup ⁊ frēs tuos domum
patris tui meliores te occidiſti: ec
ce dn̄s percutiet te plaga magna
cū populo tuo ⁊ vxoribꝰ ⁊ filijs tu
is vniuerſaq; ſbſtantia tua. Tu
autē egrotabis peſſimo languorē
vteri donec egrediant̄ vitalia tua
paulatim p̄ ſingulos dies. Suſci
tauit ergo dn̄s cōtra ioram ſpm̄
philiſtinoꝝ ⁊ arabū qui ꝯfines
ſunt ethiopibꝫ ⁊ aſcenderūt in ter
rā iuda ⁊ vaſtauerūt eā. Diripu
eruntq; cunctā ſbſtantiā que in
uenta eſt in domo regis inſup et
filios eiꝰ ⁊ vxores. Nec remanſit ei
filiꝰ niſi ioachā q̄ minimꝰ natu
erat. Et ſup hec ōia pcuſſit eum
dn̄s alui languore inſanabili. Cū
q; diei ſuccederet dies ⁊ tēpoꝝ ſpa
cia voluerent̄: duoꝝ ānoꝝ exple
tus eſt circulꝰ ⁊ ſic longa conſūp
tus tabe: ita ut egereret etiā viſce
ra ſua languore pariter ⁊ vita caru
it. Mortuuſq; eſt infirmitate peſſi
ma ⁊ nō fecit ei pp̄ls ſcḋm morē cō
buſtionis exeq̄as ſicut fecerāt ma
ioribꝰ eiꝰ. Trigintaduoꝝ ānoꝝ fu
it cū regn̄re cepiſſʒ ⁊ octo ānis reg
uit in ihr̄lm. Ambulauitq; nō re
cte ⁊ ſepelierūt eū ī ciuitate dauid ve
rūtn̄ nō ī ſepulchro regū. Ca. xxij.

Conſtituerūt autē hītatores
ihr̄lm ochoziam filiū eiꝰ mi
nimū regē p̄ eo. Oēs enī maiores
natu qui ante eū fuerāt interfece
rant latrones arabum qui irrue
rāt in caſtra. Regnauitq; ochozi
as filiꝰ ioram regis iuda. Quadrā
gintaduoꝝ annorū erat ochozi
as cū regnare cepiſſʒ ⁊ vno āno
regnauit in ihr̄lm et nomē mr̄is
eiꝰ athalia filia amri. Sed ⁊ ipſe in
greſſus eſt p̄ vias domꝰ achab.
Mater enī eius impulit eū ut im
pie ageret. Fecit igitur malū in
cōſpectu dn̄i ſicut domus achab.
Ipſi enī fuerunt ei cōſiliarij poſt
mortē p̄ris ſui in interitū eius am
bulauitq; in cōſilijs eoꝝ. Et perre
xit cū ioram filio achab rege iſrl̄
in bellū cōtra aſahel regē ſyrie in ra
moth galaad vulnerauerūtq; ſy
ri ioram. Qui reuerſus ē ut curarē
tur in ieſrahel. Multas enim pla
gas acceperat in ſup̄dicto certami
ne. Igit̄ ochozias filiꝰ iorā rex iu
da deſcēdit ut inuiſeret iorā filiū
achab in ieſrahel egrotātē. Volū
tatis q̄ppe fuit dei aduſꝰ ochoziā
ut veniret ad iorā. Et cū veniſſʒ ⁊ egre
deret̄ cū eo aduſū iehu filiū namſi
quē vnxit dn̄s ut deleret domum
achab. cū ḡ euerteret iehu domum
achab īuenit p̄ncipes iuda ⁊ filios
fratrū ochozie q̄ miniſtrabāt ei ⁊
interfecit illos. Ipſūq; pquirēs ocho
ziā ꝯprehēdit latitātē in ſamaria ad
ductūq; ad ſe occidit ⁊ ſepelierūt
eū eo q̄ eſſʒ filiꝰ ioſaphat q̄ q̄ſie
rat dn̄m ī toto corde ſuo. nec erāt vl
tra ſpes aliq̄ ut de ſtirpe q̄s regnaret
ochozie. Siq̄dem mr̄ eiꝰ athalia vi
dēs q̄ mortuꝰ eēt filiꝰ ſuꝰ: ſurrexit

⁊ interfecit oēm ſtirpē regiā do
m⁹ ioraȝ· Porro ioſabeth filia re
gis tulit ioas filiū ochozie ⁊ furā
ta eſt eū de medio filiorū regis cū
interficeret̄ abſcōditq̧ euȝ cū nu
trice ſua in cubiculo lectuloꝝ· Jo
ſabeth autē que abſcōderat euȝ·
erat filia regis ioraȝ vxor ioiade
pontificis ſoror ochozie ⁊ idcirco
athalia nō interfecit eū· Fuit er
go cū eis in domo dei abſcōditus
ſex annis quibus regnauit atha
lia ſuper terram· Capi· xxiij·

ANno autē ſeptimo ꝯfortat⁹
ioiada aſſumpſit cēturiōes
azariam viȝ filiū ierobaā ⁊ yſma
hel filiū iohānan· azariā quoqȝ
filiū obed· ⁊ maaſiaȝ filiū adaie·
⁊ eliſaphat filiū zechri ⁊ iniit cū
eis fedus· Qui circūeuntes iudaȝ
cōgregauerūt leuitas de cunctis
vrbib⁹ iuda ⁊ pn̄cipes familiarū
iſrl̄ veneruntq̧ in ihrlm· Iniit ēgo
ōnis multitudo pactū in domo dī
cum rege· Dixitq̧ ad eos ioiada
Ecce fili⁹ regis regnabit ſic̄ locut⁹
ē dn̄s ſup filios dauid· Iſte ē ſer
mo quē facietis · Tertia pars ve
ſtrū qui veniūt ad ſabbatū ſacer
dotū ⁊ leuitarū ⁊ ianitoruȝ erit in
portis· tercia vero pars ad domū
regis ⁊ t̄tia ad portā q̄ appellat̄ fū
damēti Oē vero reliquū vulg⁹ ſit
in atriis dom⁹ dn̄i nec q̄ſpiaȝ ali⁹
ingrediat̄ domū dn̄i niſi ſacerdo
tes ⁊ qui miſtrant de leuitis· Ipſi
tm̄modo ingrediātur qr ſāctifica
ti ſūt ⁊ ōne reliquū vulg⁹ obſer
uet cuſtodias dn̄i· Leuite autem
circūdent regem hn̄tes ſinguli ar
ma ſua ⁊ ſi quis ali⁹ ingreſſus fu
erit tēplum interficiat̄· ſintq̧ cuȝ
rege ⁊ intrāte ⁊ egrediente· Fece
rūt ēgo leuite ⁊ vniūſus iuda iux
ta ōnia q̄ p̄ceperāt ioiada pōtifex·
Et aſſumpſerūt ſinguli viros qui
ſb̄ ſe erāt ⁊ veiebāt p ordinē ſab
bati cū hiis q̄ ipleuerāt ſabbatū
et egreſſi erāt· Siq̄dē ioiada pōti
fex nō dimiſerat abire turmas q̄
ſibi p ſingulas ebdomadas ſuc
cedē conſueuerāt Deditq̧ ioiada
ſacerdos cēturiōib⁹ lanceas clipe
oſqȝ ⁊ peltas regis dauid q̄s ꝯſe
crauerāt i domo dn̄i Conſtituitq̧
oēȝ populū tenētium pugiōes a
parte tēpli dextra vſqȝ ad partē
tēpli ſiniſtraȝ· corā altari ⁊ tēplo
p circuitū regis ⁊ eduxerunt filiū
regis ⁊ impoſuerūt ei diadema et
teſtimoniū dederūtq̧ in manu ei⁹
tenendaȝ legē ⁊ conſtituerūt eū
regē· Vnxitqȝ illū ioiada pōtifex
⁊ filij ei⁹ imp̄cati quoqȝ ſunt ei at
q̧ dixerūt Viuat rex Q̄d cū audiſ
ſet athalia vocē ſcȝ currentiū atq̧
laudantiū regē ingreſſa ē ad po
pulū in tēplū dn̄i· Cūqȝ vidiſſet
regem ſtantē ſup gradū in intro
itu ⁊ pn̄cipes turmaſqȝ circa eū·
ōnēqȝ populū terre gaudētē atq̧
clangētē tubis ⁊ diuerſi generis
organis cōcinentē· vocēq̧ laudā
tiū ſcidit veſtimēta ſua ⁊ ait Inſi
die· iſidie· Egreſſus autē ioiada
pōtifex ad cēturiōes ⁊ pn̄cipes ex
ercit⁹ dixit eis· Educite illā ex̄ ſep
ta tēpli ⁊ iterficiat̄ foris gladio·
Precepitq̧ ſacerdos ne occideret̄
i domo dn̄i· Et ipoſuerūt ceruicib⁹
ei⁹ man⁹· Cūq̧ itraſſet portā eq̄
tū dom⁹ regis iterfecerunt eā ibi·
Pepigit autē ioiada fed⁹ iter ſe
⁊ vniuerſūq̧ populū ⁊ regē ut eēt

pp̄ls dn̄i. Itaq3 ingreſſ⁹ ē oīs pp̄ls
domū baal ⁊ deſtruxerūt eā ⁊ alta
ria ⁊ ſimulachra illi⁹ ꝯfregerūt ma
thā q̄q3 ſacdotē baal interfecerūt an̄
aras. Conſtituit aūt ioiada ꝑpo
ſitos ī domo dn̄i ⁊ ſb manib⁹ ſac
dotū ⁊ leuitarū: q̄s diſtribuit da
uid in domo dn̄i: ut offerrēt holo
cauſta dn̄o ſic ſcriptum ē in lege
moyſi: ī gaudio et cāticis iux̄ diſ
poſicōe3 dauid. Cōſtituitq3 ianito
res ī portis dom⁹ dn̄i: ut nō ingre
deret̄ eā immūd⁹ in oī re. Aſſump
ſitq3 cēturiōes ⁊ fortiſſiōs viros
ac p̄ncipes pp̄li ⁊ oē vulg⁹ terre ⁊
fecerūt deſcendere regē de domo dn̄i
⁊ ītroire p mediū porte ſupioris ī
domū regis ⁊ collocauerūt eū ī ſo
lio regali. Letat⁹ q3 ē oīs pp̄ls ter
re ⁊ vrbs q̄euit. Porro athalia ī
terfecta eſt gladio. Ca. xxiiij.
Septē ānoꝝ erat ioas cū reg̃
re cepiſſ3: ⁊ q̄draginta ānis
reg̃uit in ihrl̄m. Nomē mr̄is eius
ſebia de berſabee. Fecitq3 qd bo
nū ē corā dn̄o cūctis dieb⁹ ioiade
ſacdotis. Accepit aūt ei ioiada vx
ores duas: e q̄b⁹ genuit filios et
filias. Poſt q̄ placuit ioas ut in
ſtauraret domū dn̄i: ꝯgregauitq3
ſacdotes ⁊ leuitas ⁊ dixit eis. Egre
dimi ad ciuitates iuda ⁊ colligite de
vniuerſo iſrl̄ pecuniā ad ſartate
cta tēpli dei noſtri p ſingulos an
nos feſtinatoq3 h⁹ facite. Porro le
uite egere negligēti⁹. Vocauitq3
rex ioiadā p̄ncipē ⁊ dixit ei. Quare
tibi nō fuit cure ut cogēs leuitas
īferre de iuda ⁊ de ihrl̄3 pecuniā q̄
ꝯſtituta ē a moyſe ſuo dn̄i: ut in
ferret eā oīs multitudo iſrl̄ ī tab
naculū teſtionij. Athalia eī im
piiſſimā ⁊ filij ei⁹ deſtruxerūt domū
dei ⁊ de vniuerſis q̄ ſcīficata fuerūt
ī tēplo dn̄i ornauerūt phanū baa
li. Precepit ḡ rex ⁊ fecerūt archā
poſueruntq3 eā iux̄ portā dn̄i foriſe
c⁹. Et predicatū ē in iuda ⁊ ihrl̄m
ut deferrēt ſinguli ꝑciū dn̄o qd cō
ſtituit moyſes ſeru⁹ dei ſup oēm
iſrl̄ in deſerto. Letatiq3 ſūt cūcti p̄n
cipes ⁊ oīs pp̄ls: ⁊ ingreſſi ꝯtulerūt
in archā dn̄i atq3 miſerūt ita ut im
pleret̄. Cūq3 tp̄s eēt ut deferrent
archā corā rege p man⁹ leuitarū
videbāt eī multā pecuniā: ingredi
ebat̄ ſcriba regis ⁊ quē p̄m⁹ ſacer
dos ꝯſtituerat effūdebātq3 pecuniā
q̄ erat in archa. Porro archā ꝑpor
tabāt ad locū ſuū: ſicq3 faciebāt
p ſingulos dies. Et ꝯgregata ē in
finita pecunia quā dederūt rex ⁊ io
iada hijs q̄ ꝑerant opib⁹ domus
dn̄i. At illi ꝯducebāt ex ea ceſoēs
lapidū ⁊ artifices operū ſingulo
rū: ut inſtaurarēt domū domini: fa
brosq3 ferri ⁊ eris ut qd cadē ce
perat fulciretur. Egerūtq3 hij qui
opabant̄ īduſtrie ⁊ obducebat̄
parietū cicatrix p manus eoꝝ: ac
ſuſcitauerūt domū dn̄i in ſtatū p̄
ſtinū ⁊ firmit̄ eā3 ſtare fecerūt. Cū
q3 ꝯpleſſent ōīa opa detulerūt co
rā rege ⁊ ioiade reliquā ptē pecunie
de qua fcā ſūt vaſa tēpli in miſte
riū ad holocauſta: fialeq3 ⁊ cetera
vaſa aurea ⁊ argentea. Et offere
bantur holocauſta ī domo dn̄i iu
giter cūctis dieb⁹ ioiade. Senuit
autē ioiada plenus dierū ⁊ mor
tu⁹ eſt cum cētumtriginta eēt an
norū: ſepelieruntq3 eum in ciuita
te dauid cū regibus eo ꝙ feciſſet
bonū cum iſrl̄ ⁊ cum domo eius.

Poſtq̄ autē obijt ioiada ingreſ
ſi ſunt pꝛĩcipes iuda ⁊ adorauerũt
regem. Qui delinitꝰ obſequijs eo
rũ acq̃euit eis. Et dereliq̃rũt tẽplũ
dñi dei pꝛm̃ ſuoꝝ ſeruierũtq̄ lucis
⁊ ſculptilibꝫ ⁊ facta eſt ira contra
iudã ⁊ ihr̃lm ꝓpter hoc pcc̃m. Mit
tebatq̄ eis ꝓpħas ut reuerterent̃
ad dñm quos ꝓteſtantes illi au
dire nolebãt. Spũs itaq̄ dei idu
it zachariã filiũ ioiade ſacerdotẽ
⁊ ſtetit in ↄſpcũ populi ⁊ dixit eis
Hec dicit deꝰ. Quare trãſgredimĩ
p̄ceptum dñi qđ vobis non ꝓdeit
⁊ dereliquiſtis dñm ut derelinq̃rẽ
vos. Qui ↄgregati adũſus eũ mi
ſerũt lapides iuxta regis imperiũ
in atrio domꝰ dñi. Et non eſt recor
datus ioas rex miſericordie quã
fecerat ioiada pat̃ illiꝰ ſecũ ſ₃ inẽ
fecit filium eiꝰ. Qui cũ moreretur
ait. Videat dñs ⁊ req̃rat. Cumq̄
euolutꝰ eẽt annus aſcẽdit cõtra
eũ exercitꝰ ſirie venitq̄ in iudam
⁊ ihr̃lm ⁊ interfecit cunctos pꝛĩci
pes populi atq̄ vniũſam p̄dam
miſerũt regi in damaſcũ. Et certe
cũ ꝑmodicus veniſſet nũerus ſi
roꝝ tradidit dñs manibꝰ eoꝝ ĩ
finitam multitudinẽ eo q̄ dereliq̃ſ
ſent dñm deũ patꝝ ſuoꝝ. In ioas
quoq̄ ignominioſa exercuerẽ iudi
cia ⁊ abeũtes dimiſerunt eũ in lã
guoribꝰ magnis. Surrexerũt au
tẽ contrã eũ ſerui ſui in vltionẽ ſã
guinis zacharie filij ioiade ſacer
dotis ⁊ occiderũt eũ in lectulo ſuo
⁊ mortuꝰ eſt ſepelierũtq̄ illũ in ci
uitate dauid ſed nõ ĩ ſepulchris
regũ. Inſidiati vero ſũt ei zabath
filius ſemath amanitidis ⁊ ioſa
bat filius ſemarith moabitidis.

Porro filij eiꝰ ac ſũma pecunie q̄
adunata fuerat ſub eo. ⁊ inſtau
ratio domꝰ dei ſcripta ſũt diligẽti
us in libro regũ. Regnauit aũt ama
ſias filiꝰ eius ꝓ eo. Ca. xxv.

Vigintiquinq̄ ãnoꝝ erat ama
ſias cũ regnare cepiſſet ⁊ vi
gintinouẽ ãnis regnauit ĩ iheru
ſalẽ. Nomẽ mr̃is eiꝰ ioiaden de ihe
ruſalẽ. Fecitq̄ bonũ in ↄſpectu do
mini verũtñ non in corde pfecto.
Cũq̄ roboratũ ſibi videret impiũ
iugulauit ſuos q̄ occiderãt regẽ
pꝛem ſuum. ſ₃ filios eoꝝ nõ inter
fecit. ſicut ſcriptũ ē in libro legis
moyſi vbi p̄cepit dñs dicẽs. Nõ
occidentur patres ꝓ filijs neq₃ filij
ꝓ pꝛibus ſuis ſed vnuſquiſq₃ in
pcc̃o ſuo morietur. Cõgregauit igr̃
amaſias iudã ⁊ ↄſtituit eos p fa
milias tribunoſq₃ ⁊ cẽturiões in
vniuerſo iuda ⁊ beniamin ⁊ recẽ
ſuit a viginti ãnis ⁊ ſurſũ. inuenit
q₃ triginta milia iuuenũ q̄ egrede
rẽtur ad pugnam et tenerẽt ha
ſtam ⁊ clipeũ. Mercede quoq₃ ↄdu
xit de iſr̃l centũ milia robuſtoꝝ cẽ
tum talentis argẽti. Venit aũt ho
mo dei ad illũ ⁊ ait. O rex ne egre
diatur tecũ exercitꝰ iſr̃l. Nõ ē eñi
dñs cũ iſr̃l et cũctis filijs ephra
im. Qđ ſi putas in robore exerci
tꝰ bella ↄſiſtere ſuperari te faciet de
us ab hoſtibꝰ. Dei quippe ē et ad
iuuare ⁊ ĩ fugã cõuertere. Dixitq₃
amaſias ad hoiem dei. Quid ergo
fiet de centũ talentis que dedi mi
litibꝰ iſrahel. Et r̃ndit ei homo dĩ
Habet dñs vnde tibi dare poſſit
multo hijs plura. Separauit itaq₃
amaſias exercitũ qui venerat ad
eũ ex ephraim ut reuerteretur ĩ locũ

ſuū. At illi coꝛ̄ iudā vehemēť irati
reuſi ſūt ī regiōe; ſuā. Porro ama
ſias ꝯfidēť eduxit ꝑp̄l'm ſuū ⁊ abijt
ī vallē ſalinaꝝ ꝑcuſſitq; filios ſeir
decē milia. Et alia decē milia viroꝝ
ceperūt filij iuda ⁊ adduxeꝛ̄t ad ꝑ
ruptū cuiuſdā petre ꝓcipitauerūt
q; eos de ſūmo ī p̄ceps q̄ vniuerſi
crepuerūt. At ille exercit⁹ quē ꝛ̄miſe
rat amaſias ne ſecū iret ad ꝓliū
diffuſus ē ī ciuitatib⁹ iuda. a ſama
ria vſq; ad bethoron: ⁊ īterfectis tri
b⁹ milib⁹ diripuit ꝓdā magnam
Amaſias q̄ȝ poſt⁹ cedē ydumeoꝝ et
allatos deos filioꝝ ſeir ſtatuit il
los ī deos ſibi ⁊ adorabat eos ⁊ il
lis adolebat incēſū. Q̄obrē iratꝰ
dn̄s coꝛ̄ amaſiā miſit ad illū ꝓ
pheta; q̄ diceret ei. Cur adoraſti deos
q̄ nō liberauerūt ꝑp̄l'm ſuū de manu
tua. Cūq; hec ille loq̄reť rn̄dit ei.
Nū ꝯſiliariꝰ regis es. Quieſce ne
īterficiā te. Deſcēdēſq; ꝓpheta ſcio in
q̄t ꝙ cogitauerit dn̄s occidē te q̄
⁊ feciſti hoc malū ⁊ inſup nō acq̄e
uiſti ꝯſilio meo. Igiť amaſias rex
iuda inito peſſiō ꝯ̄ſilio: miſit ad
ioas filiū ioachā filij iehu rege;
iſrl' dicēs. Veni videamꝰ nos mu
tuo. At ille remiſit nūcios dicens
Carduꝰ q̄ ē in libano miſit ad ce
drū libani dicēs Da filiā tuā filio
meo vxorē. Et ecce beſtie q̄ erāt in
ſiluā libani trāſierūt ⁊ ꝯculcaue
rūt carduū. Dixiſti ꝑcuſſi edō: et
idcirco erigiť coꝛ tuū in ſupbiā;.
Sede ī domo tua. Cur malū aduer
ſum te ꝓuocas ut cadas ⁊ tu ⁊ iu
das tecū. Noluit audire amaſias
eo ꝙ dn̄i eēt volūtas ut tradēťur
in manꝰ hoſtiū ꝓpť deos edom. Aſ
cēdit igiť ioas rex iſrl' ⁊ mutuo ſe

ſibi ꝓbuere ꝯſpectꝰ Amaſias aūt
rex iuda erat in bethſames iude.
Corruitq; iudas corā iſrl' ⁊ fugit
in tabnacula ſua. Porro amaſia;
regē iuda filiū ioas filij ochozie
cepit ioas rex iſrl' ī bethſames: ⁊
adduxit in ihrl'm: deſtruxitq; mu
rū eiꝰ a porta ephrem vſq; ad por
tā anguli q̄dringētis cubitis. Tulit
q̄ȝ auꝝ ⁊ argētū ⁊ vniuſa vaſa q̄
reperat ī domo dei ⁊ apud obede
dom. in theſauris etiā domꝰ regie
necnō ⁊ filios obſidū reduxit in
ſamariā. Vixit aūt amaſias filius
ioas rex iuda: poſtq̄ȝ mortuꝰ ē io
as filiꝰ ioachas rex iſrl': q̄ndecim
annis. Reliq̄ aūtē ſermonū ama
ſie ꝑoꝝ ⁊ nouiſſimoꝝ ſcripta ſūt
in libro regū iuda ⁊ iſrl'. Qui poſt
q̄ȝ receſſit a dn̄o tetēderūt ei inſidi
as in ihrl'm. Cūq; fugiſſ; lachis
miſerūt ⁊ īterfecerūt eū ibi reportan
teſq; ſup eq̄s ſepelierūt eū cū p̄rib;
ſuis ī ciuitate dauid. Ca. xxvi.

Omnis aūt ꝑp̄ls iuda filiū eiꝰ
oziā; ānoꝝ ſedeci ꝯſtituit re
ge; ꝓ amaſia p̄re ſuo. Ipſe edifica
uit ahilat ⁊ rēſtituit eā dicōi iude
poſtq̄ȝ dormiuit rex cū p̄rib⁹ ſuis.
Sedeci ānoꝝ erāt ozias cū regnare ce
piſſ; ⁊ quinq̄gita duob⁹ ānis regnā
uit in ihrl'm. Nomē mrīs eiꝰ iecelia
de ihrl'm. Fecitq; qđ erāt rectū ī ocu
lis dn̄i iuxta oīa q̄ fecerat amaſias
p̄r eiꝰ ⁊ exq̄ſiuit dn̄m in dieb⁹ za
charie intelligētis ⁊ vidētis deū;.
Cūq; req̄reret dn̄m direxit eum in
ōib⁹. Deniq; egreſſus ē et pug
nauit ꝯ̄tra philiſthijm ⁊ deſtruxit
murum geth. ⁊ murum iamnie.
murumq; azoti. Edificauitq; opi
da ī azoto ⁊ philiſthijm ⁊ adiuuit

eū deꝰ cōtra philiſthijm ⁊ cōtͣ ara
bas qui hitabant in gurbaal et
cōtͣ āmonitas. Appēdebātq̄ȝ am
monite mūera ozie ⁊ diuulgatū
ē nomē eiꝰ vſq̄ȝ ad introitū egyp
ti ꝑpter crebras victorias. Edifica
uitq̄ȝ ozias turres in ihrl'm ſuper
portaȝ anguli ⁊ ſup portaȝ vallis
⁊ reliq̄s in eodē muri latere firma
uitq̄ȝ eas. Extruxitq̄ȝ turres in ſoli
tudine ⁊ effodit ciſternas pluri
mas eo ꝙ hēret multa pecora taȝ
in campeſtribꝰ q̄ȝ in heremi vaſti
tate. Vineasq̄ȝ habuit ⁊ vinito
res in montibꝰ ⁊ in carmelo. Erat
q̄ppe homo agriculture deditꝰ. Fu
it autē exercitꝰ bellatoꝝ eius q̄ ꝓ
cedebant ad ꝓlia ſb manu iehiel
ſcribe. maaſieq̄ȝ doctoris et ſb ma
nu ananie q̄ erat de ducibꝰ regis
Oīſq̄ȝ numerꝰ pȓncipum ꝑ famili
as viroꝝ fortium duorū milium
ſexcentoꝝ ⁊ ſb eis vniuerſus exer
citꝰ trecentoꝝ ⁊ ſeptē miliū q̄ngē
torū qui erāt apti ad bella ⁊ ꝓ re
ge cōtͣ aduſarios dimicabant.
Preparauitq̄ȝ eis ozias id ē cūcto
exercitui clipeos ⁊ haſtas ⁊ gale
as ⁊ loricas arcuſq̄ȝ ⁊ fūdas ad
iaciēdos lapides ⁊ fecit in ihrl'm
diuerſi generis machias q̄s ī tur
ribȝ collocauit ⁊ in āgulis muro
rum ut mitterēt ſagittas et ſaxa
grādia. Egreſſumq̄ȝ ē nomē eiꝰ ꝓ
cul eo ꝙ auxiliaret̄ ei dn̄s ⁊ corro
boraſſȝ illū. Sed cū roboratꝰ eſſet
eleuatū ē cor eiꝰ in interitū ſuuȝ et
neglexit dn̄m deū ſuū ingreſſuſq̄ȝ
templū dn̄i adolere voluit incenſū
ſup altare thimiamatis. Statiq̄ȝ
ingreſſus ptꝰ eū azarias ſacdos
⁊ cū eo ſacerdotes dn̄i octuagita

viri fortiſſimi reſtiterūt regi atȝ di
xerūt. non ē tui officij ozia ut ad
oleas incenſū dn̄o ſȝ ſacerdotū hoc
ē filioꝝ aaron qui cōſecrati ſūt ad
huiuſcemōi miſteriū. Egredē de
ſāctuario ne cōtempſeris qꝛ non
reputabit̄ tibi in gl'iam hoc a do
mino deo. Iratuſq̄ȝ ozias ⁊ tenēs
in manu turibulū ut adoleret icē
ſum minabat̄ ſacerdotibꝰ. Statiq̄ȝ
orta ē lepra in frōte eius corā ſa
cerdotibꝰ in domo dn̄i ſup altare
thimiamatis. Cūq̄ȝ reſpexiſſet eū
azarias pontifex ⁊ ōnes reliq̄ ſac
dotes. viderūt leprā in fronte eiꝰ
⁊ feſtinato expulerūt eum. Sȝ et
ipē ꝑterritꝰ accelerauit egredi eo
ꝙ ſēſiſſet ilico plagam dn̄i. Fuit
igitur ozias rex leproſus vſq̄ȝ ad
diem mortis ſue ⁊ hītauit ī domo
ſepata. plenꝰ lepr̄ ob quā eiectꝰ
fueāt de domo dn̄i. Porro ioathā
filius eiꝰ rexit domū regis et iudi
cauit ꝑpl'm terre. Reliq̄ aūt ſermo
nū ozie prioꝝ ⁊ nouiſſiōꝝ ſcrip
ſit yſaias filiꝰ amos ꝓpha. dormi
uitq̄ȝ ozias cū pr̄ibꝰ ſuis ⁊ ſepelie
runt eū in agro regaliū ſepulcro
rum eo ꝙ eſſȝ leproſus. regnauitq̄ȝ
ioathā filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. Ca. xxvij.

Viginti q̄nq̄ȝ ānoꝝ erat ioa
thā cū regnare cepiſſȝ ⁊ ſedecīȝ
annis regnauit in ihrl'm. nomē
mr̄is eius iheruſa. filia ſadoch. Fe
citq̄ȝ qd̄ rectum eāt corā dn̄o iux
ōnia q̄ fecerat ozias pater ſuꝰ ex
cepto ꝙ nō eſt igreſſus tēplū do
mini ⁊ adhuc ꝑpulꝰ delinq̄bat.
Ipſe edificauit portaȝ domꝰ dn̄i
excelſam ⁊ ī muro ophel mlt'a cō
ſtruxit. Vrbes q̄ȝ edificauit ī mōti
bꝰ iuda ⁊ ī ſaltibȝ caſtella ⁊ turres

Ipſe pugnauit cōn̄ regē filioꝝ am
mō ⁊ vicit eū. Dederūtq; ei filij am
mon in tp̄e illo centū talēta argē
ti: ⁊ decē milia choros tritici: ac to
tidē choros ordei. Hec ei prebuerūt
filij āmon: in āno ſecūdo ⁊ tercio.
Corroboratꝰq; ē ioathā: eo ꝙ di
rexiſſ; vias ſuas corā dn̄o deo ſuo.
Reliq̄ autē ſmonū ioathā ⁊ oēs
pugne eiꝰ ⁊ opa ſcripta ſunt in li
bro regū iſrl' ⁊ iuda. Vigintiqui
q; ānoꝝ erat cū regnare cepiſſet
⁊ ſedecī ānis regnauit in iħrlm. Dor
miuitq; ioathan cū prībꝰ ſuis: et
ſepelierūt eū in ciuitate dauid: et
regnauit achā filiꝰ eiꝰ p eo.

Ca. xxviij.

VIgiti ānoꝝ erat
achaz cū regnare cepiſſ;: et
ſedecī annis regnauit in iħrlm. Nō
fecit rectū in cōſpectu dn̄i ſicut da
uid pat' eiꝰ. ſ; ābulauit in vijs re
gum iſrl': inſuper ⁊ ſtatuas fudit
baalim. Ipſe eſt q̄ adoleuit incēſū
ī valle bennō ⁊ luſtrauit filios ſu
os in igne: iux̄ ritū gentiū quas i
terfecit dn̄s in aduentu filioꝝ iſ
rahel. Sacrificabatq; ⁊ thimiama
ſuccendebat ī excelſis ⁊ in collibꝰ
⁊ ſub ōni ligno frondoſo. Tradi
ditq; eū dn̄s deꝰ eiꝰ in manu r̄gis
ſirie: q̄ pcuſſit eū magnāq; p̄daꝫ
cepit de eiꝰ imperio ⁊ adduxit in da
maſcū. Manibꝫq; regis iſrl' tradi
tus ē ⁊ pcuſſus plaga grādi. Pe
ciditq; phacee filiꝰ romelie de iu
da centūviginti milia in die vno
oēs viros bellatores: eo ꝙ reliq̄ſ
ſent dn̄m deū prm̄ ſuoꝝ. Eodē tp̄e
occidit zechri vir potēs ex ephē
im maaſiā filiū regis ⁊ ezricā du
cē domꝰ eius: helcanāq; ſecūdū a
rege. Ceperūtq; filij iſrl' de frībꝰ ſu

is ducēta milia mulierū puerorū
⁊ puellarū ⁊ infinitā p̄dā ptule
rūtq; eā in ſamariam. Ea tēpeſtate
erat ibi pp̄ha dn̄i noīe oded quī
egreſſus obuiā exercitui veniēti i
ſamariā dixit eis. Ecce iratus dn̄s
deꝰ patrū vroꝝ cōn̄ iudā: tradidit
eos manibꝫ veſtris ⁊ occidiſti eos
atrociter ita ut ad celū ptingeret
vr̄a crudelitas. Inſup filios iuda
⁊ iħrlm vultis vobˀ ſubicere ī ſer
uos ⁊ ancillas: qđ nequāq̄ facto
opꝰ eſt. Peccaſtis enī ſup hoc do
mino deo nr̄o. S; audite ꝯſilium
meū et reducite captiuos q̄s ad
duxiſtis de fratribꝰ vr̄is. q2 mag
nus furor dn̄i imminet vobˀ. Ste
terūt itaq; viri de pn̄cipibꝰ filiorū
ephraim. azarias filiꝰ iohānan
barachias filiꝰ moſollāoth. eze
chias filiꝰ ſellū ⁊ amaſias filius
hadali. cōn̄ eos qui veniebāt de
prelio ⁊ dixerūt eis: nō introduce
tis huc captiuos ne peccemꝰ do
mino. Quare vultis adicere ſuper
peccata noſtra ⁊ vetera cumulaē
delicta. Grāde quippe peccatū eſt
⁊ ira furoris dn̄i imminet ſup iſrl'
Dimiſerūtq; viri iſrl' bellatores p̄
dam ⁊ vniuerſa que ceperant co
rā pn̄cipibus ⁊ ōni multitudine:
ſteterūtq; viri quos ſup̄ memoā
uimꝰ ⁊ apprehendentes captiuos
ōnesq; qui nudi erant veſtierunt
de ſpolijs. Cumq; veſtiſſent eos ⁊
calciaſſent ⁊ r̄fecíſſent cibo ac po
tu. vnxiſſentq; ppter laborē ⁊ ad
hibuiſſent eis curā: quicūq; am
bulare non poterāt ⁊ erant ite
cillo corpore: impoſuerunt eos iu
mentis ⁊ adduxerunt iericho ci
uitatē palmaꝝ ad frēs eoꝝ ipiq;

reuerſi ſūt in ſamariā. Tempe il
lo miſit rex achā ad regem aſſiri
oꝝ poſtulans auxiliū. Venerunt
qꝫ ydumei ⁊ ꝑcuſſerūt multos ex
iuda ⁊ ceperūt predā magnā. Phi
liſtijm quoqꝫ diffuſi ſūt ꝑ vrbes
cāpeſtres ⁊ ad meridiē iuda cepe
runtqꝫ betſames ⁊ ahilon ⁊ gadi
roth ſocchoqꝫ ⁊ thamnā ⁊ gam
ſo cū viculis ſuis ⁊ hītauerūt in
eis. Humiliauerat enī dn̄s iudā ꝓ
pter achaz regem iuda eo ꝙ nu
daſſet eū auxilio ⁊ cōtemptui ha
buiſſet dn̄m. adduxitqꝫ cōtra eum
teglathphalaſar regē aſſiriorū
q̄ ⁊ afflixit eū ⁊ nullo reſiſtēte va
ſtauit. Igit̃ achaz ſpoliata domo
dn̄i ⁊ domo regum ac p̄ncipū. de
dit regi aſſirioꝝ mūera ⁊ tn̄ nl̄ ei
ꝓfuit. Inſup ⁊ ī tpe anguſtie ſue
auxit cōtemptū in dn̄m. Ipſe per ſe
rex achā imolauit dijs damaſci
victimas ꝑcuſſorib⁹ ſuis ⁊ dixit.
Dij regū ſirie auxiliāt̃ eis q̄s ego
placabo hoſtijs ⁊ aderūt mihi cū
ecōtrario ipi fuerīt ruine ei ⁊ vni
uerſo iſrl̄. Direptis itaqꝫ achaz
oīb⁹ vaſis dom⁹ dei atqꝫ cōfractis
clauſit ianuas templi dei ⁊ fecit ſi
bi altaria in vniuerſis angulis
ihrl̄m. In oīb⁹ qꝫ vrbib⁹ iuda ex
truxit aras ad cremādū thus at
qꝫ ad iracūdiā ꝓuocauit dn̄m de
um patꝝ ſuorū. Reliqua aūt ſer
monū eius ⁊ oīuꝫ opeꝝ ſuorum
p̄orum ⁊ nouiſſimoꝝ ſcripta ſūt
in libro regum iuda ⁊ iſrl̄. Dormi
uitqꝫ achā cū p̄ribus ſuis ⁊ ſepe
lierūt eum in ciuitate iheruſalem
Neqꝫ enim receperāt eū in ſepulcrū
regum iſrl̄. Regnauitqꝫ ezechias
fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. ¶ Ca. xxix.

Igitur ezechias regnare cepit cū
vigintiq̄nqꝫ eēt ānoꝝ ⁊ viginti no
uem ānis regnauit in ihrl̄m. No
men mr̄is ei⁹ abia filia zacharie.
Fecitqꝫ qd̄ erat placitū in cōſpe
ctu dn̄i iuxta oīa q̄ fecerāt dauid
pater ei⁹. Ipſo āno ⁊ mēſe p̄mo
regni ſui apuit valuas dom⁹ dn̄i
⁊ inſtaurauit eas adduxitqꝫ ſa
cerdotes atqꝫ leuitas ⁊ ꝯgregauit
eos in plateam orientalē dixitqꝫ
ad eos. Audite me leuite ⁊ ſcīfica
mini mūdate domū dn̄i dei patrū
nr̄oꝝ ⁊ auferte oēm immūdiciā
de ſcūario. Peccauerūt p̄res nr̄i
⁊ fecerūt malū in cōſpcū dn̄i dei
nr̄i. derelinquētes eū auerterunt faci
es ſuas a tabnaculo dn̄i dei nr̄i et
p̄buerūt dorſū. clauſerūt oſtia q̄
erāt ī porticu ⁊ extinxerūt lucernas
incenſūqꝫ nō adoleuerūt ⁊ holocau
ſta nō obtulerūt in ſcūario deo
iſrl̄. Concitat⁹ eſt itaqꝫ furor dn̄i
ſup iudā ⁊ ihrl̄m tradiditqꝫ eos
in cōmotōem ⁊ in interitū ⁊ ī ſibi
lum ſic ipſi cernitis oculis vr̄is.
En corruerūt p̄res noſtri gladijs
filij noſtri ⁊ filie noſtre ⁊ ꝯiuges
captiue ducte ſūt ꝓpter hoc ſcelus
Nūc ergo placet mihi ut ineam⁹
fed⁹ cum dn̄o deo iſrl̄ ⁊ auertet a
nobis furorē ire ſue. Filij mei no
lite negligere. Vos elegit dn̄s ut
ſtetis corā eo ⁊ miniſtretis illi cola
tiſqꝫ eū ⁊ cremetis ei incenſū. Sur
rexerūt ergo leuite maath filius
amaſie ⁊ iohel fili⁹ azarie de filijs
caath. Porro de filijs merari: cis
fili⁹ abdai ⁊ azarias fili⁹ ialelel.
De filijs autē gerſom ioha filius
iemna ⁊ eden fili⁹ ioaha. At vero
de filijs eliſaphā ſamria iahihel.

De filijſq3 aſaph: zacharias ⁊ ma
thanias necnō de filijs hemā: ia
hihel ⁊ ſemei· Sz ⁊ de filijs ydithū
ſemeias ⁊ ozihel· Cōgregauerūtq3
frēs ſuos ⁊ ſcīficati ſūt ⁊ ingreſſi
ſunt iux̄ mādatū regis et impiū
dn̄i ut expiarent domū dei· Sacer
dotes q3 ingreſſi tēplū dn̄i ut ſcīfi
carent illud extulerūt oēm immū
diciā quā intro repererāt in veſti
bulo dom⁹ dn̄i: quā tulerūt leuite
⁊ aſportauerūt ad torrentē cedrō
foras· Ceperūt autē p̄ma die mē
ſis p̄mi mūdare et in die octaua
eiuſdē menſis: ingreſſi ſunt porti
cū dom⁹ tēpli dn̄i: expiauerūtq3 tē
plū dieb⁹ octo ⁊ in die ſextadecīa
mēſis eiuſdē qđ ceperāt impleue
rūt· Ingreſſiq3 ſūt ad ezechiā re
gē ⁊ dixerūt ei· Scīficauim⁹ omē
domū dn̄i ⁊ altare holocauſti· va
ſaq3 ei⁹ necnō ⁊ menſā ꝓpoſicōis
cū omib3 vaſis ſuis: cunctāq3 tēpli
ſuppellectilem quā polluerat rex
achā: in regno ſuo poſtq̄ p̄uarica
tus ē ⁊ ecce expoſita ſūt oīa corā
altari dn̄i· Conſurgēſq3 diluculo
ezechias rex adunauit oēs prī
cipes ciuitatis ⁊ aſcēdit in domū
dn̄i: obtulerūtq3 ſimul thauros
ſeptē ⁊ arietes ſeptē· agnos ſeptē ⁊
hircos ſeptē· ꝓ pctō· ꝓ regno· ꝓ
ſcūario· ꝓ iuda· Dixitq3 ſacdotib3
filijs aaron: ut offerrēt ſup altarē
dn̄i· Mactauerūt igit̄ thauros et
ſuſceperūt ſāguinē ſacdotes et fu
derūt illū ſup altarē· Mactauerūt et
arietes ⁊ illoꝝ ſanguinē ſup alta
re fuderunt· Imolauerūt agnos
⁊ fuderunt ſup altare ſanguinem
Applicuerūt hircos ꝓ peccato co
ram rege et vniūſa multitudine·

Impoſuerunt manus ſuas ſuper
eos ⁊ imolauerunt illos ſacerdo
tes: ⁊ aſpſerunt ſanguinē eorum
coram altari p ro piaculo vniuer
ſi iſrahelis· Pro omni quippe iſrl̄
preceperat rex ut holocauſtum fie
ret pro pctō· Conſtituit q̄q3 leui
tas ī domo dn̄i: cū cimbal̄ ⁊ pſal
terijs ⁊ citharis: ſcđm diſpoſicōem
dauid ⁊ gad videntis regis ⁊ na
than ꝓphe· Siquidē dn̄i preceptū
fuit p manū ꝓphaꝝ ei⁹· Steterūt
q3 leuite tenētes organa dauid ⁊
ſacerdotes tubas ⁊ iuſſit ezechi
as ut offerrent holocauſta ſuper
altare· Cūq3 offerrent̄ holocauſta
ceperūt laudes canere dn̄o ⁊ clan
gē tubis· atq3 in diuerſ organis q̄
dauid rex iſrl̄ repererat ꝯcrepare
Oī aūt turba adorāte: cātores et
hij q̄ tenebāt tubas erāt ī officio
ſuo: donec ꝯpleret̄ holocauſtū· Cū
q3 finita eſſ3 oblacō incuruatus ē
rex ⁊ oēs qui erāt cū eo ⁊ adora
uerūt· Precepitq3 ezechias ⁊ pri
cipes leuitis ut laudarēt dn̄m ſer
monib⁹ dauid ⁊ aſaph videntis: q̄
laudauerūt deū magna leticia ⁊ i
curuato genu adorauerūt· Ezechi
as āt etiā hec addidit Impleſtis
man⁹ vr̄as dn̄o: accedite et offer
te victias ⁊ laudes in domo dn̄i·
Obtulit ergo vniuerſa multitudo
hoſtias ⁊ laudes ⁊ holocauſta mē
te deuota· Porro numerus holo
cauſtorum que obtulit multitu
do hic fuit· Thauros ſexaginta·
arietes centum· agnos ducētos·
ſanctificauerūtq3 dn̄o boues ſexcē
tos ⁊ oues tria milia· Sacerdotes
vero pauci erāt nec poterāt ſufficē
ut pelles holocauſtoꝝ detraherēt

Vñ ⁊ leuite fratres eoꝝ adiuue
rũt eos donec implerent opꝰ ⁊ ſcĩfi
carent̃ ãtiſtites. Leuite quippe fa
ciliori ritu ſãctificãtur q̃ ſacerdo
tes. Fuerũt ergo holocauſta pluri
ma adipes pacificoꝝ ⁊ libamina
holocauſtoꝝ ⁊ cõpletus ẽ cultus
domus dñi letatꝰ qꝫ ẽ ezechias ⁊
õnis populꝰ eo q̃ miniſteriũ dñi
eẽt expletũ. De repẽte quippe hoc
fieri placuerat. Ca. xxx.

Miſitqꝫ ezechias ad õnẽ iſrl̃
⁊ iudã ſcripſitqꝫ ep̃las ad
ephraim ⁊ manaſſen ut uenirẽt
ad domũ dñi ĩ ihruſalẽ ⁊ facerẽt
phaſe dño deo iſrl̃. Inito ergo cõ
ſilio regis ⁊ p̃ncipũ ⁊ vniuerſi ce
tus ihrl̃m decreuerũt ut facerent
phaſe menſe ſecũdo. Nõ eñi occur
rerãt facere in tẽpe ſuo q̃ ſacerdo
tes q̃ poſſent ſufficẽ ſãctificati nõ
fuerãt ⁊ ppl̃s nõdum ↄgregatus
fuerat in ihrl̃m. Placuitqꝫ ſmo
regi ⁊ õni multitudini ⁊ decreuerũt
ut mitterent nũcios in vniuerſuꝫ
iſrl̃ de berſabee vſqꝫ dan ut veni
rẽt ⁊ facerent phaſe dño deo iſrl̃
in ihrl̃m. Multi eñi nõ fecerãt ſicͭ
lege p̃ſcriptũ eſt. Perrexeruntqꝫ
curſores cũ epiſtolis ex regis ĩpe
rio ⁊ p̃ncipum eiꝰ in vniũſuꝫ iſrl̃
⁊ iudam iuxͣ id qd̃ rex iuſſerat p̃
dicantes. Filij iſrahel reuertimini
ad dñm deũ abrahã ⁊ yſaac ⁊ iſ
rahel ⁊ reuertet̃ ad reliquias q̃ eſ
fugerũt manꝰ regis aſſirioꝝ. No
lite fieri ſicͭ p̃res veſtri ⁊ fratres q̃
receſſerũt a dño deo patrũ ſuorũ
⁊ tradidit eos in interitũ ut ipſi
cernitis. Nolite indurare ceruices
veſtras ſicͭ patres vr̃i. Tradite ma
nꝰ veſtras dño ⁊ venite ad ſãctu
ariũ eius qd̃ ſãctificauit ĩ eternuꝫ
Seruite dño deo patꝝ veſtroꝝ ⁊
auͤtetur a vob̃ ira furoris eiꝰ. Si eñ
vos reuerſi fueritis ad dñm fr̃es
veſtri ⁊ filij hẽbũt miſericordiaꝫ
coraꝫ dñis ſuis q̃ illos duxerunt
captiuos ⁊ reuertẽtur ĩ terraꝫ hãc
Pius eñi ⁊ clemẽs ẽ dñs deus ve
ſter ⁊ nõ auͤtet faciem ſuã a vob̃
ſi reuerſi fueritis ad eũ. Igit̃ curſo
res pgebant velocit̃ de ciuitate ĩ
ciuitatẽ p̃ terraꝫ ephraim ⁊ manaſ
ſe vſqꝫ ad zabulon illis irridẽtibꝫ
⁊ ſubſanãtibꝰ eos. Attamẽ q̃daꝫ
viri ex aſer ⁊ manaſſe et zabulõ
acq̃eſcẽtes cõſilio venerũt ihrl̃m
In iuda vẽo facta ẽ manꝰ dñi ut
daret eis cor vnũ ut facerent iuxͣ
p̃ceptũ regis ⁊ p̃ncipũ v̑bum do
mini. Cõgregatiqꝫ ſũt in ihruſalẽ
po puli multi ut facerẽt ſollẽnita
tẽ azimoꝝ in menſe ſecũdo. Et ſur
gẽtes deſtruxerũt altaria q̃ erant
in ihruſalẽ atqꝫ vniuerſa in q̃bꝫ
ydolis adolebat̃ incenſũ ſb̃uertẽ
tes p̃iecerũt torrentẽ cedron. Immo
lauerũt autẽ phaſe quartadecĩa
die menſis ſecũdi. Sacerdotesqꝫ
atqꝫ leuite tãdẽ ſãctificati obtule
runt holocauſta in domo dñi ſte
terũtqꝫ in ordine ſuo iuxͣ diſpoſiti
onem ⁊ legem moyſi hõĩs dei.
Sacerdotes vẽo ſuſcipiebãt effun
dendũ ſãguinẽ de manibꝰ leuita
rũꝫ eo q̃ multa turba ſãctificata
non eẽt ⁊ idcirco ymolarẽt leui
te phaſe hijs q̃ nõ occurrerãt ſã
ctificari dño. Magna etiaꝫ pars
ppl̃i de ephraim ⁊ manaſſe ⁊ yſa
char ⁊ zabulon que ſãctificata ñ
fuerat comedit phaſe nõ iuxͣ qd̃
ſcriptũ ẽ ⁊ orauit p̱ eis ezechias

dicēs. Dn̄s bon⁹ ꝓpiciabit̄ cūctis
q̄ in toto corde req̄rūt dn̄m deum
p̄rm̄ ſuoꝝ ⁊ nō imputabit eis ꝙ
min⁹ ſc̄ificati ſūt. Quē exaudiuit
dn̄s ⁊ placat⁹ eſt pp̄lo. Fecerūtq̄ꝫ
filij iſrl̄ qui inuēti ſūt ī ihrl̄m ſol
lemnitatē azimoꝝ ſeptē dieb⁹ ī le
ticia magna. laudātes dn̄m p ſin
gulos dies: leuiteq̄ꝫ ⁊ ſacd̄otes p
organa q̄ ſuo officio ꝯgruebāt. Et
locutus eſt ezechias ad cor oīm
leuitaꝝ q̄ habebāt intelligētiā bo
naꝫ ſup dn̄o ⁊ comederūt ſeptē di
eb⁹ ſollēnitatis. imolantes victi
mas pacificoꝝ ⁊ laudātes dn̄m
deū p̄rm̄ ſuorū. Placuitq̄ꝫ vniuer
ſe multitudini ut celebrarēt etiaꝫ
alios dies ſeptē q̄d ⁊ fecerūt cū in
genti gaudio. Ezechias autē rex
iuda p̄buerat multitudini mille
thauros ⁊ ſeptē milia ouiū. Prin
cipes vero dederant populo thau
ros mille ⁊ oues decē milia. Sc̄ifi
cata ergo eſt ſacerdotū plurima
multitudo ⁊ hilaritate pfuſa oīs
turba iuda taꝫ ſacerdotū ⁊ leuita
rū ꝙ vniuerſe freq̄ntie q̄ venerat
ex iſrl̄. pſelitoꝝq̄ꝫ de terra iſrl̄ et
habitantiū in iuda. Factaq̄ꝫ eſt
grādis celebritas ī ihrl̄m qualis
a dieb⁹ ſalomōis filij dauid r̄gis
iſrl̄ in ea vrbe nō fuerat. Surrexe
rūt autē ſacerdotes atq̄ꝫ leuite bn̄
dicētes populo ⁊ exaudita ē vox
eoꝝ: puenitq̄ꝫ oracō in habitacu
lū ſanctū celi. Ca. xxxi.

Qvnq̄ꝫ hec fuiſſent rite cele
brata egreſſus eſt ōmis iſrl̄
q̄ inuent⁹ fuerat in vrbib⁹ iuda.
⁊ fregerūt ſimulachra ſucciderūt
q̄ꝫ lucos. demoliti ſūt excelſa ⁊ al
taria deſtruxerēt. nō ſolū de vniuer
ſo iuda ⁊ beniamin ſꝫ ⁊ de ephraī
q̄ꝫ ⁊ manaſſe donec penit⁹ euerte
rent. Reuerſiq̄ꝫ ſūt ōnes filij iſrl̄ ī
poſſeſſiōes ⁊ ciuitates ſuas. Eze
chias aūt ꝯſtituit turmas ſacd̄o
tales ⁊ leuiticas p diuiſiōes ſuas
vnūquēq̄ꝫ in officio ꝓprio. tam ſa
cerdotum vicꝫ ꝙ leuitarū ad holo
cauſta ⁊ pacifica ut miniſtrarēt
⁊ cōfiterent̄. canerētq̄ꝫ ī portis ca
ſtrorū dn̄i. Pars autēꝫ regis erat
ut de ꝓpria ei⁹ ſubſtātia offerretur
holocauſtū mane ſp ⁊ veſpe. ſab
batiſq̄ꝫ ⁊ kalēdis ⁊ ſollēnitatib⁹
ceteris ſicut ſcriptū eſt ī lege moy
ſi. Precepat autē pp̄lo hitantium
ihrl̄m ut darent ptes ſacd̄otibus
⁊ leuitis ut poſſent vacaē legi do
mini. Qd cū percrebuiſſꝫ in aurib;
multitudīs: plurimas obtulere p̄
micias filij iſrl̄: frumenti vini et
olei mellisq̄ꝫ ⁊ ōniuꝫ q̄ gignit hu
m⁹ decimas obtulerūt. Sꝫ ⁊ filij iſrl̄
⁊ iuda q̄ habitabāt in vrbib⁹ iu
da obtulerūt decimas boū ⁊ ouiū
decimaſq̄ꝫ ſanctoꝝ q̄ vouerāt do
mino deo ſuo: atꝫ vniuſa portātes
fecerūt aceruos plurimos. Menſe
tercio ceperūt aceruorū iacere fun
damēta ⁊ menſe ſeptimo ꝯpleue
rūt eos. Cūq̄ꝫ ingreſſi fuiſſēt eze
chias ⁊ pn̄cipes ei⁹ viderūt acer
uos ⁊ bn̄dixerūt dn̄o ac pp̄lo iſrl̄
Interrogauitq̄ꝫ ezechias ſacd̄o
tes ⁊ leuitas cur ita iacerēt aceruí
Rn̄dit illi azarias ſacd̄os p̄m⁹ de
ſtirpe ſadoch dicēs. Ex q̄ cepert of
ferri p̄mitie ī domo dn̄i comedim⁹
⁊ ſaturati ſum⁹ ⁊ remāſerūt pluria:
eo ꝙ bn̄dixerit dn̄s pp̄lo ſuo. Reliq̄
aꝫ āt ē copia iſta quā cernis. Pce
pit igr̄ ezechias ut p̄pparēt horrea

in domo dni

Qd cum feciſſent intulerũt tam p̄
micias ꝙ decimas et q̄cūqȝ voue
rant fideliť. Fuit autē p̄fectus eo
rũ chonenias leuita ⁊ ſemei frat̄
eiꝰ ſecūdꝰ poſt quē iehiel ⁊ aza
rias ⁊ naad ⁊ aſahel ⁊ ierimoth
iozabat q̄ȝ ⁊ eliel ⁊ ieſmachias
⁊ maath ⁊ banaias prepoſiti ſb̄
manibꝰ chonenie ⁊ ſemei fr̄is eiꝰ
ex imperio ezechie regis ⁊ azarie
p̄otificis domꝰ dñi ad quos ōnia
ꝑtinebāt. Chore vero filiꝰ iemna
leuites ⁊ ianitoꝛ oriētalis porte p̄
poſitꝰ erāt hijs q̄ ſponte offerebā
tur dño. p̄mitijs q̄ȝ ⁊ ꝯſecratis in
ſācta ſcōꝝ ⁊ ſub cura eiꝰ eden ⁊ be
niami. ieſue ⁊ ſemeias. amaias
q̄ȝ ⁊ ſechenias in ciuitatibꝰ ſacer
dotū ut fideliť diſtribuerēt fratri
bꝰ ſuis partes minoribꝰ atq̄ȝ maio
ribꝰ exceptis maibꝰ ab ānis tribȝ
⁊ ſup̄ cūctis q̄ ingrediebātur tē
plū dñi. Et quicq̄d p ſingulos di
es ꝯducebāt in miſterio atqȝ ob
ſeruacōibꝰ iux̄ diuiſiōes ſuas ſac̄
dotibꝰ p familias ⁊ leuitis a viceſi
mo āno ⁊ ſup̄ per ordines ⁊ tur
mas ſuas. vniūſq̄ȝ multitudi tā
vxoribꝰ ꝙ liberis eoꝝ vtriuſq̄ȝ ſex
us fideliť ſibi de hijs q̄ ſcīficata fu
erāt p̄bebant. Sȝ ⁊ filioꝝ aarō p
agros ⁊ ſuburbana vrbiū ſingu
laꝝ diſpoſiti erāt viri q̄ partes di
ſtribuerēt vniuerſo ſexui maſcu
lino de ſac̄dotibꝰ ⁊ leuitis. Fecitq̄ȝ
ezechias vniuerſa q̄ diximꝰ in oī
iuda opatuſq̄ȝ ē bonū ⁊ rectū ⁊ ve
rū corā dño deo ſuo in vniūſa cul
tura miniſterij domꝰ dñi iux̄ legē
⁊ cerimonias volēs req̄rere deum
ſuū in toto corde ſuo. Fecitq̄ȝ ⁊ ꝓ
ſperatus eſt. Ca. xxxij.

Poſt q̄ ⁊ huiuſcemōi veritatē
venit ſenacherib rex aſſirio
rū ⁊ ingreſſus iudā obſedit ciui̅ta
tes munitas volēs eas capē. Qd cū
vidiſſȝ ezechias veniſſe. ſ. ſenna
cherib ⁊ totū belli impetū verti cō
tra iheruſalē inito cū p̄ncipibꝰ cō
ſilio viriſq̄ȝ fortiſſimis ut obtura
rēt capita fontiū q̄ erant ex̄ vrbē
⁊ hoc ōnium decernēte ſētentia con
gregauit plurimā multitudinem
⁊ obturauerūt cūctos fōtes et ri
uū q̄ fluebat ī medio terre dicētes
Ne veniāt reges aſſiriorū ⁊ inueni
ant aquaꝝ abūdantiā. Edifica
uitq̄ȝ agens induſtrie ōnē muꝝ
q̄ fuerat diſſipatꝰ et extruxit tur
res deſup ⁊ forinſecꝰ alteꝝ muruȝ
Inſtaurauitq̄ȝ mello in ciuitate da
uid ⁊ fecit vniūſi generis armatu
rā ⁊ clipeos. Cōſtituitq̄ȝ p̄ncipes
bellatoꝝ in exercitu ⁊ cōuocauit
vniuerſos in platea porte ciuita
tis ac locutus ē ad cor eoꝝ dicēs
Viriliť agite ⁊ ꝯfortamini nolite
timere nec paueatis regē aſſirio
rū id ē vniuerſā multitudinē q̄ ē
cū eo. Multo enī plures nobiſcū
ſunt ꝙ cū illo. Cū illo enī eſt bra
chiū carneū nobiſcū dñs deꝰ nr̄
q̄ auxiliatoꝛ ē noſter pugnatq̄ȝ ꝓ
nobis. Cōfortatꝰ q̄ȝ ē pp̄ls huiuſ
cemodi v̄bis ezechie regis iuda.
Que poſtq̄ geſta ſūt miſit ſenna
cherib rex aſſirioꝝ ſuos ſuos ihe
ruſalē. ipſe enī cū vniūſo exercitu
obſidebat lachis ad ezechiā re
gē iuda ⁊ ad oēȝ populū q̄ erat ī
vrbe dicēs. Hec dicit ſenacherib
rex aſſirioꝝ In q̄ hñtes fiduciā
ſedetis obſeſſi ī ihrlm. Num eze
chias decipit vos ut tradat morti

in ſamea ſiti affirmãs ꝙ dñs deꝰ
vĩ liberꝫ vos de manu regis aſſiri
oꝝ. Nunqd nõ iſte ẽ ezechias q̃
deſtruxit excelſa illiꝰ ⁊ altaia ⁊ p̃
cepit iude ⁊ ihrłꝫ dicẽs. corã altaĩ
vno adorabitis ⁊ in ipõ ɔburetis
incẽſũ. An ignoratis q̃ ego fecerĩ
⁊ pr̃es mei cũctis terrarꝫ ꝓplis. Nũ
qd p̃ualuerũt dij gẽtiũ oĩmqꝫ ter
raꝝ liberare regionẽ ſuã de manu
mea. Quis ẽ de vniũſis dijs gẽti
um q̃s vaſtauerũt pr̃es mei q̃ potu
erit eruere ꝑplm ſuũ de manu mea
ut poſſit etiam deꝰ vr̃ eruẽ vos de
hac mãu. Nõ vos ꝗ decipiat eze
chias nec vana pſuaſiõe deludat
neqꝫ credatis ei. Si ei nullꝰ potuit
deꝰ cũctarũ gentiũ atqꝫ regionũ li
berare ꝑplm ſuũ de manu mea ⁊ de
manu pr̃m meoꝝ: cõſeqñter nec
deꝰ vĩ poterit eruẽ vos de hac ma
nu. Sꝫ ⁊ alia multa locuti ſũt ſerui
eiꝰ contra dñm deũ ⁊ contra ezechiam
ſeruũ eiꝰ. Epłaſqꝫ ſcripſit plenas
blaſphemie i dñm deũ iſrł ⁊ locu
tus eſt aduerſũ eũ. Sic dij gẽtiuꝫ
ceteraꝝ nõ potuerũt liberare ꝑplm
ſuũ de manu mea ſic ⁊ deꝰ ezechie
eruere nõ poterit populũ ſuum de
manu iſta. Inſup ⁊ clamore mag
no lingua iudaica contra populũ q̃
ſedebat i muris ihrłm pſonabat
ut terreret eos ⁊ caperet ciuitatem
Locutꝰqꝫ ẽ contra deũ iſrł ſic aduſũ
deos populoꝝ terre opa manuũ
hominũ. Orauerũt igit̃ ezechias
rex ⁊ yſaias filiꝰ amos ꝓphetes ad
uerſũ hãc blaſphemiã ac vocife
rati ſũt vſqꝫ in celũ. Et miſit dñs
angelũ ſuũ q̃ pcuſſit oẽm virũ ro
buſtũ ⁊ bellatoreꝫ ⁊ pn̈cipẽ exerci
tus regis aſſirioꝝ reuerſuſqꝫ ẽ cũ

ignominia in terraꝫ ſuã. Cũqꝫ in
greſſus eſſꝫ domũ dei ſui: filij qui
egreſſi fuerãt de vtero eiꝰ interfe
cerũt eũ gladio. Saluauitqꝫ dñs
ezechiã ⁊ hĩtatores ihrłm de ma
nu ſenacherib regis aſſirioꝝ ⁊ de
manu oĩuũ ⁊ p̃ſtitit ei quietẽ per
circuitũ. Multi etiã deferebãt ho
ſtias ⁊ ſacrificia dño in ihrłm et
munera ezechie regi iuda. Qui ex
altatus ẽ poſt hec corã cũctis gẽti
bꝰ. In diebꝰ illis egrotauit ezechi
as vſqꝫ ad mortẽ ⁊ orauit dñm.
Exaudiuitqꝫ eũ ⁊ dedit ei ſignum
ſꝫ nõ iuxta bñficia q̃ acceperat retri
buit ꝙ eleuatũ eſt cor eiꝰ. Et fcã ẽ
cõtra eũ ira ⁊ cõtra iudã ⁊ ihrłꝫ.
Humiliatuſqꝫ eſt poſtea eo ꝙ exal
tatũ fuiſſꝫ cor eiꝰ tã ipſe q̃ hĩtato
res ihrłm ⁊ idcirco nõ venit ſup
eos ira dñi diebꝰ ezechie. Fuit aũt
ezechias diues ⁊ inclitus valde ⁊
theſauros ſibi plurimos cõgrega
uit argẽti ⁊ auri ⁊ lapidis p̃cioſi
aromatũ ⁊ armoꝝ vniuerſi gene
ris ⁊ vaſoꝝ magni precij: apothe
casqꝫ frumenti vini ⁊ olei ⁊ preſe
pia oĩum iumẽtoꝝ caulaſqꝫ pe
coribꝰ ⁊ vrbes ſex edificauit. Ha
bebat quippe greges ouiũ ⁊ armẽ
toꝝ innumerabiles eo ꝙ dediſſet
ei dñs ſbſtantiã multã nimis. Ip
ſe ẽ ezechias q̃ obturauit ſupiorẽ
fontẽ aq̃rũ gyon ⁊ auertit eas ſb
ter ad occidentẽ vrbis dauid. In
oĩbꝰ opibꝰ ſuis fecit pſpere que
voluit. Attamẽ in legacõe pn̈cipũ
babilõis q̃ miſſi fuerãt ad eũ ut
interrogarẽt de portẽto qd accide
rat ſup terrã. dereliquit eum domi
nꝰ ut temptaretur ⁊ nota fierent
omnia que erant in corde eius.

Reliq̄ autē ſermonū ezechie ⁊ mi
ſericordiaꝝ eiꝰ ſcripta ſūt ī viſiōe
yſaie· filij amos ꝓphē ⁊ ī libro re
gum iuda ⁊ iſrl̄· Dormiuitq̄ eze
chias cū prib̄ꝰ ſuis ⁊ ſepelierūt eū
ſupr̄ ſepulcra filiorū dauid· Et ce
lebrauit eiꝰ exeq̄as vniuerſus iu
da ⁊ oēs hitatores iheruſalē· reg
uitq̄ manaſſes filiꝰ eius ꝓ eo·

Duodecī ānoꝝ Ca· xxxiij·
erat manaſſes cū regnaē ce
piſſz ⁊ q̄nq̄ꝗgitaq̄nq̄ ānis regūit
in ihr̄lm· Fecit āt malū corā dn̄o
iuxta abhōīacōes gētiuz q̄s ſub
uertit dn̄s corā filijs iſrl̄ ⁊ ꝯuer
ſus inſtaurauit excelſa q̄ demoli
tꝰ fuerāt ezechias pr̄ eiꝰ ꝯſtruxit
q̄ aras baalim ⁊ fecit lucos ⁊ ad
orauit ōnē militiam celi ⁊ coluit
eā· Edificauitq̄ altaria ī domo do
mini de q̄ dixerāt dn̄s ī ihr̄lm erit
nomē meū ineternuz· Edificauit
āt ea cūcto exercitui celi· ī duobꝰ
atrijs domꝰ dn̄i trāſireq̄ fecit fili
os ſuos ꝑ ignē in valle benēnō
Obſuabat ſōnia ſectabat augu
ria maleficis artibus inſuiebat·
Hēbat ſecū magos ⁊ incātatoēs
multaq̄ mala opatus ē corā do
mino ut irritaret eū· Sculptileq̄ q̄
⁊ ꝯflatile ſignū poſuit in domo do
mini de q̄ locutꝰ ē dn̄s ad dauid
⁊ ad ſalomonē filiū eiꝰ dicēs· In
domo hac ⁊ in ihr̄lm quā elegi de
cunctis tribubꝰ iſrl̄ ponā nomē
meū in ſēpiternū ⁊ mouere nō fa
ciam pedē iſrl̄ de terra quā tradidi
prib̄ꝰ eoꝝ ita dūtaxat ſi cuſtodi
erint facere q̄ p̄cepi eis cūctamq̄
legē ⁊ cerimonias atq̄ iudicia q̄
mādaui ꝑ manuz moyſi· Igitur
manaſſes ſeduxit iudā ⁊ hitato
res iheruſalē ut facerēt malū ſup
ōnes gentes q̄s ſbuerterat dn̄s
a facie filioꝝ iſrl̄· Locutꝰ q̄ ē do
minꝰ ad eū ⁊ ad populū illiꝰ ⁊ at
tēdere noluerūt· Idcirco ſupīndu
xit eis pn̄cipes exercitꝰ regis aſſiri
orū ceperūtq̄ manaſſen ⁊ vinctū
cathenis atq̄ ꝯpedibꝰ duxerūt
ī babilonē· Qui poſtq̄ coāguſta
tꝰ ē orauit dn̄m deū ſuum ⁊ egit pe
penitētiam valde corā deo prm ſu
oꝝ· Depcatuſq̄ ē eum ⁊ obſecūit
intēte ⁊ exaudiuit orōem eiꝰ redu
xitq̄ eū iheruſalē ī regnū ſuum ⁊
cognouit manaſſes q̄ dn̄s ipſe eſ
ſet deꝰ· Poſtꝰ hec edificauit muꝝ ex
trā ciuitatē dauid ad occidentem
gyon in ꝯualle ab introitu por
te piſciū ꝑ circuitū vſq̄ ad ofel ⁊
exaltauit illū vehement· Conſtitu
itq̄ pn̄cipes exercitꝰ ī cunctis ciui
tatibꝰ iuda munitis ⁊ abſtulit de
os alienos ⁊ ſimulacꝝ de domo
dn̄i arasq̄ quas fecerāt ī mōte do
mꝰ dn̄i ⁊ ī iheruſalē ⁊ ꝓiecit ōnia
extrā vrbē· Porro īſtaurauit altarē
dn̄i ⁊ īmolauit ſup illd̄ victimas
⁊ pacifica ⁊ laudē p̄cepitq̄ iude
ut ſeruirz dn̄o deo iſrl̄· Attamē ad
huc populus imolabat ī excelſis
dn̄o deo ſuo· Reliq̄ aūt geſtoruz
manaſſe ⁊ obſecracō eiꝰ ad deum
ſuū verba quoq̄ vidētiū q̄ loque
bātur ad eū in noīne dn̄i dei iſrl̄
ꝯtinent ī ſermōībꝰ regū iſrl̄· Ora
tioq̄ eiꝰ ⁊ exaudicō et cuncta pec
cata atq̄ ꝯtēptus loca etiā ī q̄bz
edificauit excelſa ⁊ fecit lucos et
ſtatuas añq̄ agerz penitētiā ſcrip
ta ſūt in ſermoībꝰ ozai· Dormiuit
ergo manaſſes cū patribꝰ ſuis et
ſepelierūt eū ī domo ſua regnauitq̄

ꝓ eo filiꝰ eius amō. Vigintiduo
rū annoꝝ erat cū regnare cepiſſꝫ
⁊ duobꝰ ānis regnauit in ihrlm
Fecitqꝫ malū in ꝯſpcū dñi ſic fece
rat manaſſes pr̄ eiꝰ ⁊ cūctis ydo
lis q̄ manaſſes fuerat fabricatꝰ
imolauit atqꝫ ſeruiuit ⁊ nō ē re
ueritus faciē domi ſicut reueritꝰ ē
manaſſes pr̄ eius ⁊ multo maio
ra deliquit. Cūqꝫ ꝯiuraſſent ad
uerſus eū ſerui ſui interfecerūt eū
ī domo ſua porro reliq̄ populi mlt
titudo ceſis hiis q̄ amō ꝑcuſſerāt
ꝯſtituit regē ioſiā filiū eiꝰ ꝓ eo.
OCto ānoꝝ erat Ca. xxxiiii.
ioſias cū regnare cepiſſꝫ ⁊ trigi
ta ⁊ vno āno regnauit ī ihrlm. Fe
citqꝫ qđ erāt rectū ī ꝯſpcū dñi ⁊ am
bulauit ī viis dauid pr̄is ſui n̄ de
clinauit neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad
ſiniſtrā. Octauo āt āno regni ſui
cū adhuc eēt puer cepit q̄re deū
pr̄is ſui dauid ⁊ duodecīo āno pꝰ
q̄ ceperat: mūdauit iudā ⁊ ihrlm
ab excelſis ⁊ lucis ſimulachriſqꝫ ⁊
ſculptilibꝰ. Deſtruxerūtqꝫ corā eo
aras baali ⁊ ſimulachra q̄ ſuppoſi
ta fuerāt demoliti ſūt. Lucos etiā ⁊
ſculptilia ſuccidit atqꝫ ꝯminuit et
ſup tumulos eoꝝ q̄ eis imolare ꝯ
ſueuerāt fragmēta diſperſit. Oſſa p̄
tēa ſacerdotū ꝯbuſſit in altaribꝰ
ydoloꝝ mūdauitqꝫ iudā ⁊ ihrlm
Sꝫ ⁊ in vrbibꝰ manaſſe ⁊ ephraī
⁊ ſymeō vſqꝫ neptali cūcta ſubuer
tit. Cūqꝫ altaria diſſipaſſꝫ ⁊ lucos
⁊ ſculptilia ꝯtriuiſſꝫ ī fruſta. cun
ctaqꝫ delubra demolitꝰ eēt de vni
uerſa terra iſrl̄ reuerſus ē ihrlm
Igit̄ āno octauodecimo regni ſui
mūdata iā terra ⁊ tēplo dñi miſit
ſaphā filiū eſelie ⁊ maaſiā pn̄ci
pē ciuitatis. ⁊ ioha filiū ioachaz
a ꝯmentariis ut inſtaurarēt do
mū dñi dei ſui. Qui venerūt ad hel
chiā ſacerdotē magnū acceptaqꝫ
ab eo pecunia q̄ illata fuerat ī do
mū dñi. ⁊ quā ꝯgregauerāt leui
te ⁊ ianitores de manaſſe ⁊ ephrē
im ⁊ vniuerſis reliquiis iſrl̄. ab
ōniqꝫ iuda et beniamī ⁊ hītatori
bꝰ ihrlm: tradiderūt in manibus
eoꝝ q̄ ꝑerāt operariis in domo dñi
ut īſtaurarent tēplū ⁊ infirma q̄
qꝫ ſarcirent. At illi dederūt eā arti
ficibꝰ ⁊ cemētariis ut emerēt la
pides de lapidicinis et ligna ad
ꝯmiſſuras edificii ⁊ ad ꝯtignatōnē
domoꝝ q̄s deſtruxerāt rēges iuda
Qui fidelit̄ cūcta faciebāt. Erāt āt
ꝑpoſiti operantiū iadab ⁊ abdias
de filiis merari. zacharias ⁊ moſol
lā de filiis caath q̄ vrgebāt opꝰ
oēs leuite ſciētes organis canere.
Sup eos vero q̄ ad diuſos vſus
onera portabāt erāt ſcribe ⁊ mgr̄i
de leuitis ianitores. Cūqꝫ efferrēt
pecuniā q̄ illata fuerat in tēplū
dñi: reperit helchias ſacˀdos librū
legis dñi ꝑ manū moyſi ⁊ ait ad
ſaphan ſcribā. Librū legis inueni
ī domo dñi. Et tradidit ei. At ille
intulit volumē ad regē ⁊ nūciauit
ei dicēs. Oia q̄ dediſti ī manu ſeruo
rū tuoꝝ ecce ꝯplent. Argentū qđ
reptū ē ī domo dñi ꝯflauerūt datū
qꝫ ē ꝑfectis artificū ⁊ diuſa opa fab
ricātiū. p̄tea tradidit mī helchias ſac
dos hūc librū. Quē cū rēge p̄ñte reci
taſſꝫ audiſſꝫqꝫ ille v̄ba legis ſcidit
veſtimēta ſua ⁊ ꝑcepit helchie ⁊ ai
chā filio ſaphā ⁊ abdon filio mi
cha ſaphan quoqꝫ ſcribe ⁊ aſaie
ſeruo regis dicens. Ite et orate

dñm ꝓ me ⁊ ꝓ reliquijs iſrł et iu
da ſup vniuerſ ſmõib⁹ libri iſti
us q̃ repertus eſt. Magn⁹ enĩ furoꝛ
dñi ſtillauit ſup nos eo ꝙ nõ cu
ſtodierint pr̃es noſtri verba dñi
ut facerẽt oĩa q̃ ſcripta ſũt in iſto
volũie. Abijt ergo helchias et
hij q̃ ſimul a rege miſſi fuerãt ad
oldan ꝓphetẽn vxorẽ ſellũ filij the
cuath filij aras cuſtodis veſtiũ
q̃ hitabat in ihrłm in ſecũda et
locuti ſũt ei verba q̃ ſupr̃ narraui
m⁹. At illa rñdit eis. Hec dicit do
min⁹ de⁹ iſrł. Dicite viro q̃ miſit
vos ad me. Hec dic̃ dñs Ecce ego
inducã mala ſuper locũ iſtũ et ſu
ꝑ hitatores ei⁹ cũctaq; maledicta
que ſcripta ſũt in libro hoc quẽ le
gerũt corã rege iuda. ꝙ dereliq̃
rũt me ⁊ ſacrificauerũt dijs alie
nis ut me ad iracũdiã ꝓuocarẽt
in cũctis opib⁹ manuũ ſuaꝝ. Id
circo ſtillabit furoꝛ me⁹ ſup locũ
iſtũ ⁊ nõ extinguet. Ad regẽ aũt
iuda q̃ miſit vos ꝓ dño deꝑcãdo
ſic loq̃mini Hec dicit dñs de⁹ iſrł
Qm̃ audiſti verba volũis atq;
emollitũ ẽ coꝛ tuũ ⁊ hũiliatus es
in cõſpcũ dñi ſup hijs q̃ dicta ſũt
cõtr̃ locũ hũc ⁊ hitatores ihrłm.
reuerit⁹ q; faciẽ meã ſcidiſti veſti
menta tua ⁊ fleuiſti corã me ego
q̃q; exaudiui te dicit dñs. Jam ei
colligã te ad patres tuos et inſe
reris in ſepulcꝝ tuũ ĩ pace nec vi
debũt oculi tui malũ qđ ego idu
ctur⁹ ſũ ſup locũ iſtũ ⁊ ſup hitato
res ei⁹. Retulerũt itaq; regi cũcta
q̃ dixerat. At ille cõuocatis vniu̇
ſis maiorib⁹ natu iuda ⁊ ihrłm
aſcẽdit in domũ dñi vnaq; õnes
viri iuda ⁊ hitatorẽs ihrłm ſacer

dotes ⁊ leuite ⁊ cunct⁹ pp̃ls a mini
mo vſq; ad maximũ. Quib⁹ audi
entib⁹ in domo dñi legit rex õnia
verba voluminis ⁊ ſtãs in tribu
nali ſuo ꝑcuſſit fed⁹ corã dño ut
ãbularet poſt eũ ⁊ cuſtodiret pre
cepta ⁊ teſtimonia ⁊ iuſtificatio
nes ei⁹ in toto corde ſuo ⁊ ĩ tota aĩ
ma ſua: faceretq; q̃ ſcripta ſũt ĩ vo
lumine illo qđ legerat. Adiurauit
q̃q; ſup hoc õnes q̃ reperti fuerant ĩ
ihrłm ⁊ beniamin et fecerũt hita
tores ihrłm iux̃ pactũ dñi dei pa
trũ ſuoꝝ. Abſtulit ergo ioſias cũ
ctas abhõĩaciões de vniũſis re
giomb⁹ filioꝝ iſrł: ⁊ fecit õnes q̃
reſidui erãt in iſrł ſeruire dño deo
ſuo. Cunctis dieb⁹ ei⁹ nõ receſſe
rũt a dño deo prm̃ ſuoꝝ. Ca. xxxv.

Fecit ãt ioſias in ihrłm pha
ſe dño qđ imolatũ ẽ q̃rtadẽ
cima die menſis p̃mi. Et cõſtituit
ſacerdotes in officijs ſuis hortat⁹
q; eſt eos ut miſtrarẽt ĩ domo do
mini. Leuitiſquoq; ad quoꝝ eru
ditõem oĩs iſrł ſãctificabat̃ dño
locutus ẽ. Ponite archã in ſãctu
ario tẽpli qđ edificauit ſalomon
fili⁹ dauid rex iſrł. Neq̃ ẽ ei eam
vltr̃ portabitis. Nũc ergo miniſtr̃
te dño deo vr̃o ⁊ populo ei⁹ iſrł ⁊
p̃pate vos per domos ⁊ cognatiõ
nes vr̃as in diuiſionib⁹ ſinguloꝝ
ſic p̃cepit dauid rex iſrł ⁊ deſcrip
ſit ſalomõ fili⁹ ei⁹ ⁊ miniſtrate in
ſãctuario ꝑ familias turmaſq; le
uiticas ⁊ ſcĩficati imolate phaſe.
Fr̃es etiã vr̃os ut poſſint iuxta
v̾ba q̃ locut⁹ ẽ dñs ĩ manu moy
ſi facere p̃pate. Dedit p̃terea ioſias
õni populo q̃ ibi fuerat inuẽt⁹ ĩ
ſollẽnitate phaſe agnos ⁊ hedos

de ꝛegibꝰ ⁊ reliq̄ pecoꝛis trigīta mi
lia · boūꝗ tria milia · Hec de regiſ
vniūſa ſbā · Duces ꝗꝫ eiꝰ ſpōte qđ
vouerāt obtulerāt tā ꝑplo q̄ ſacdo
tibꝰ ⁊ leuitis · Porro helchias ⁊ za
charias ⁊ iheħiel pⁿcipes domꝰ
dn̄i dederūt ſacdotibꝰ ad faciēdum
phaſe pecora cōmixtā duo milia
ſexcēta ⁊ boues trecētos · Chonem
as āt ⁊ ſemeias ec̄ et nathanael
frēs eiꝰ · necnō aſabias ⁊ iahiel
⁊ iozabad pⁿcipes leuitaꝝ dederūt
ceteris leuitis ad celebrādū pha
ſe qnꝗꝫ milia pecoꝝ ⁊ boues qngē
tos · Preparatūꝗꝫ ē miſteriū ⁊ ſtete
rūt ſacdotes in officio ſuo: leuiteꝗꝫ
in turmis iux̄ regis imꝑiū et imola
tū ē phaſe · Aſperſerūtꝗꝫ ſacerdotes
manu ſua ſāguinē ⁊ leuite detrax
erūt pelles holocauſtoꝝ ⁊ ſeparaue
rūt ea · ut darēt ꝑ domos ⁊ famili
as ſinguloꝝ ⁊ offerrent dn̄o ſicut
ſcriptū ē in libro moyſi · De bubꝰ
ꝗꝫ fecerūt ſimilit̄ · Et aſſauerūt phaſe
ſup ignē iux̄ qđ in lege ſcriptū ē ·
Pacificas vero hoſtias coxerūt in
lebetis ⁊ cacabis ⁊ oll' ⁊ feſtinato
diſtribuerūt vniūſe plebi · ſibi āt ⁊
ſacdotibꝰ poſtea parauerūt · Nā i ob
latōe holocauſtoꝝ ⁊ adipū vſqꝫ
ad noctē ſacdotes fuerūt occupa
ti · vn̄ leuite ⁊ ſibi ⁊ ſacdotibꝰ filijs
aaron parauerūt nouiſſimis · Por
ro cātores filij aſaph ſtabāt i or
dine ſuo iuxta p̄ceptum dauid ⁊
aſaph ⁊ emā ⁊ ydithū ꝓpħaꝝ re
gis · Ianitores vero ꝑ portas ſingu
las obſeruabāt ita ut ne pūcto q̄
dē diſcederēt a miniſterio · q̄obrē
⁊ frēs eoꝝ leuite parauerūt eis cibos
Ois igit̄ cultura dn̄i rite ɔpleta ē
in die illa ut facerēt phaſe ⁊ offer
rēt holocauſta ſup altare dn̄i iux̄
p̄ceptū regis ioſie · Feceruntꝗꝫ filij
iſrl' q̄ repti fuerāt ibi phaſe i tpe
illo ⁊ ſollēnitatē azimoꝝ ſeptem
diebꝰ · Nō fuit phaſe ſimile huic
i iſrl' a diebꝰ ſamuel' ꝓphe · ſꝫ nec
quiſq̄ de cūctis regibus iſrl' fecit
phaſe ſicut ioſias ſacdotibꝰ ⁊ le
uitis ⁊ ōmi iude ⁊ iſrl' q̄ repertus fu
erat ⁊ habitātibꝰ in ihrl'm · Octa
uodecimo āno regni ioſie hoc pha
ſe celebratū eſt · Poſtq̄ inſtaura
uerat ioſias tēplū: aſcēdit nech
ao rex egipti ad pugnādū in car
chamis iux̄ eufratē ⁊ ꝓceſſit i oc
curſū eius ioſias · At ille miſſis ad
eū nūcijs ait · Quid m̄ ⁊ tibi rex iu
da? Nō aduerſū te hodie venio ·
ſꝫ ɔtra aliā pugno domū ad quā
me deꝰ feſtinato ire precepit · Deſi
ne aduſū deū facē q̄ mecū ē ne int̄
ficiat te · Noluit ioſias reūti ſꝫ p̄pa
uit ɔtra eū bellū nec acqeuit ſmōi
bꝰ nechao ex ore dei veꝝ ꝑrexit ut
dimicarz in cāpo mageddo · Ibiqꝫ
vulnerātꝰ a ſagittarijs dixit pue
ris ſuis · Educite me de ꝓlio qꝛ opi
do vulneratꝰ ſū · Qui trāſtulerūt eū
de curru in alterū currū q̄ ſeqbat̄
eū more regio ⁊ aſportauerūt eū i
ihrl'm · Mortuuſqꝫ ē ⁊ ſepultꝰ in
mauſoleo prm ſuoꝝ ⁊ vniūſus iu
da ⁊ ihrl'm luxerūt eū: ihieremias
maxime cuiꝰ ōnes cātores atꝫ cā
tatrices vſqꝫ in p̄ntē diē lamenta
tōes ſup ioſiam replicāt ⁊ q̄ſi lex
obtinuit in iſrl' · Ecce ſcriptū fert̄
in lamētatōibꝰ · Reliq̄ āt ſmonū
ioſie ⁊ miſericordiaꝝ eiꝰ q̄ lege pre
cepta ſūt dn̄i opaꝗꝫ illiꝰ priā ⁊ no
uiſſiā ſcripta ſūt i libro ꝛegū iuda
⁊ iſrahel ·

Ca · xxxvi ·

Tulit ergo populꝰ terre ioa
chã filiũ ioſie ⁊ cõſtituit re
gẽ ꝓ pr̃e ſuo in iħrl̃m. Vigintitri
um ãnoꝝ erãt ioachã cum regñre
cepiſſet ⁊ tribꝰ menſibꝰ regñuit in
iħrl̃m. Amouit aũt eũ rex egipti
cũ veniſſ; in iħrl̃m ⁊ ↄdẽnauit ter
ram centũ talẽtis argẽti ⁊ talento
auri. Conſtituitq; ꝓ eo regẽ elia
chim frẽm eiꝰ ſup iudã ⁊ iħrl̃m ⁊
vertit nomẽ eiꝰ ioakim. Ipſũ vẽo
ioachã tulit ſecum ⁊ adduxit in
egiptũ. Vigintiqñq; ãnoꝝ erat
ioakim cũ regnare cepiſſ; ⁊ vnde
cim ãnis regnauit ĩ iħrl̃m fecitq;
malũ corã dño deo ſuo. Contra hũc
aſcẽdit nabuchodonoſoꝛ rex cal
deoꝝ ⁊ vinctũ cathenis duxit ĩ ba
bilonẽ ad quã ⁊ vaſa dm̃i trãſtu
lit ⁊ poſuit ea in tẽplo ſuo. Reliq̃
autẽ verboꝝ ioakim ⁊ abhõiatiõ
nẽ eius q̃s operatus ẽ. ⁊ q̃ inuenta
ſũt in eo cõtinẽtur in libro regum
iuda ⁊ iſrl̃. Regnauit autẽ ioakĩ
filiꝰ eius ꝓ eo. Octo ãnoꝝ erat io
akim cũ regnare cepiſſ; ⁊ tribus
menſibꝰ ac decem diebꝰ regñuit in
iħrl̃m fecitq; malũ in cõſpcũ do
mini. Cũq; anni circulꝰ volueret̃
miſit nabuchodonoſoꝛ rex nunci
os q̃ ⁊ adduxerũt eũ ĩ babilonẽ;
aſportatis ſimul precõſiſſimis va
ſis domꝰ dñi. Regẽ vero cõſtituit
ſedechiã patruũ eius ſup iudã ⁊
iħrl̃m. Viginti ⁊ vniꝰ anni erat
ſedechias cũ regñre cepiſſet ⁊ vn
decim annis regnauit ĩ iħrl̃m. Fe
citq; malũ in oculis dñi dei ſui nec
erubuit faciẽ ihereie ꝓphẽ loq̃n
tis ad ſe ex ore dñi. A rege q̃q; na
buchodonoſoꝛ receſſit q̃ adiura
uerat eũ ꝑ deũ ⁊ indurauit ceruicẽ
ſuã; ⁊ coꝛ ut nõ reuerteret̃ ad do
minũ deũ iſrl̃. Sed ⁊ vniuerſi pñ
cipes ſacerdotũ ⁊ populus ꝑuari
cati ſũt iniq̃ iux̃ vniũſas abhõia
tiões gentiũ ⁊ polluerũt domũ do
mini quã ſcificauerat ſibi ĩ iheru
ſalẽ. Mittebat autẽ dñs deꝰ prm
ſuoꝝ ad illos ꝑ manum nũcioꝝ
ſuoꝝ de nocte ↄſurgẽs ⁊ quotidie
cõmonẽs eo q͛ parceret ꝓplo et
hitaculo ſuo. At illi ſbſãnabant
nũtios dei ⁊ paruipẽdebãt ſmões
eius illudebantq; ꝓphetis: donec
aſcẽderet furoꝛ dñi in populũ eius
⁊ eſſet nulla curatõ. Adduxit enĩ
ſup eos regẽ chaldeoꝝ ⁊ ĩterfecit
iuuenes eoꝝ gladio ĩ domo ſan
ctuarij. Nõ eſt miſertꝰ adoleſcẽtis
⁊ virginis ⁊ ſenis nec decrepiti q̃
dem: ſ; ões tradidit ĩ manibus
eiꝰ vniuerſaq; vaſa domꝰ dñi tã;
maioꝛa q̃ȝ minoꝛa ⁊ theſauros tem
pli ⁊ regis ⁊ pñcipum trãſtulit in
babilonem. Incenderũt hoſtes do
mũ dei deſtruxerũtq; murũ iħrl̃m
Vniũſas turres cõbuſſerũt ⁊ q̃c
q̃d ꝑcioſũ fuerat demoliti ſũt. Si
quis euaſerat gladiũ ductꝰ ĩ ba
bilonẽ ſuiuit regi ⁊ filijs eiꝰ donec
imperaret rex pſarũ ⁊ cõpleretur
ſmo dñi ex ore ihereinie ⁊ celebrã
ret t'ra ſabbata ſua. Cũctis enim
diebꝰ deſolatõis egit ſabbatũ vſ
q; dũ cõplerent̃ ſeptuaginta ãni
Anno aũt pmo cyri regis perſarũ
ad explendũ ſermonẽ dñi quẽ;
locutus fuerat ꝑ os ihereinie. ſuſ
citauit dñs ſpm̃ cyri regis perſa
rũ q̃ iuſſit ꝓdicari ĩ vniuerſo reg
no ſuo etiã per ſcripturã dicens.
Hec dicit cyrꝰ rex perſarũ. Oĩa reg
na terre dedit m̃ dñs deꝰ celi ⁊ ipſe

p̄cepit m̄ ut edificarez ei domū in ihrl̄m q̄ est in iudea. Quis ex vob̄ est in ōni p̄plo ei⁹? Sit dn̄s de⁹ ſu us cū eo ⁊ aſcēdat.

**Explicit lib̄ palipomenō ſcd̄s.**

**Oracō manaſſes r̄gis iuda cū captus teneret̄ in babilone.**

Domie de⁹ ōnipotēs pa trū noſtrorū abrahaz yſaac ⁊ iacob ⁊ ſemini eoꝝ iuſto. q̄ feciſti celū ⁊ terram cū ōni ornatu eoꝝ. q̄ ſig naſti mare verbo p̄cepti tui. q̄ con cluſiſti abiſſum ⁊ ſignaſti terribi li ⁊ laudabili nomi tuo. quē om nes pauent ⁊ tremūt a vultu vir tutis tue: et inſuſtentabilis ira ſu p pctōres ↄminacōis tue: immen ſā vero ⁊ inueſtigabil̄ mīa p̄miſ ſiōis tue: qm̄ tu es dn̄s altiſſim⁹ ſup oēm terrā lōganimis ⁊ multū miſericors ⁊ penitēs ſup maliciaz hoim. Tu aūt dn̄e ſm̄ bonitatē tu am p̄miſiſti pn̄iaz remiſſiōis pec catoꝝ ⁊ tu de⁹ iuſtoꝝ nō poſuiſti penitētiā iuſtis. abrahā yſaac ⁊ iacob. hijs q̄ tibi nō peccauerūt: qm̄ peccaui ſup numer̄ arene ma ris. m̄ltiplicate ſūt iniq̄tates mee incuruatus ſū multo vinculo ferri ⁊ nō eſt reſpiracio m̄. qꝛ excitaui iracūdiaz tuaz ⁊ malū corā te feci ſtatuens abhoīacōnes ⁊ multi pl[illegible]s offenſiones. Et nūc flecto genua cordis mei precās ad te boni tatē dn̄e. Peccaui dn̄e peccaui ⁊ iniq̄ tatē meā agnoſco. Peto rogās te dn̄e remitte m̄ remitte m̄. ne ſiml̄ pdas me cū iniq̄tatib⁹ meis. neq̄ in et̄nū reſerues mala m̄. qꝛ indig nū ſaluab̄ me ſm̄ magnā m̄iam tuā ⁊ laudabo te ſēp ōnib⁹ dieb⁹ vite mee: qm̄ te laudat ōnis vir tus celoꝝ ⁊ tibi eſt gloria in ſecu la ſeculorū. Amen.

**Explicit oracō manaſſes r̄gis iuda. Incipit p̄facio bt̄i ihero nimi p̄ſbiteri in libr̄ eſdre.**

Utrū difficili⁹ ſit facē qd̄ poſcitis an nega re necdū ſtatui. Nā vob̄ aliquid impan tib⁹ ānuere ſētētie ē ⁊ magnitudo oneris īpoſiti ita cer uices p̄mit ut āte ſb̄ faſce ruend̄ ſit q̄ꝫ leuandū. Accedūt ad hoc i uidorū ſtudia q̄ oē qd̄ ſcribim⁹ reprehēdēdū putāt. Et interdū cō tr̄ ſe ↄſcia repugnāte publice la cerāt q̄ occulte legūt intūtum ut clamare ↄpellar ⁊ dicē. Domie li bera aīaz meā a labijs iniq̄s ⁊ a lingua doloſa. Terci⁹ ānus ē q̄ꝫ ſemp ſcribitis atq̄ reſcribitis ut eſdre librū ⁊ heſter vob̄ de hebreo trāſferā quaſi nō habeatis greca ⁊ latina volumīa aut q̄cq̄d illud eſt qd̄ a vobis vertit̄ ſtatim ab ōnibus ↄſpuēdū ſit. Fruſtra āt ut ait quidaz niti neq̄ aliud fati gando niſi odiū querere extreme dementie eſt. Itaq̄ obſecro vos mi domnion ⁊ rogatiane kariſſi mi ut p̄uata lectōne ↄtenti libros nō efferātis in publicū. nec faſtidi oſis cibos ingeratis vitetiſq̄ eoꝝ ſupciliū q̄ iudicare tm̄ de alijs et ipſi facē nihil nouerūt. Si q̄ autē fratrū ſūt quib⁹ nr̄a nō diſplicēt hijs tribuatis exēplar āmonētes